DE COGNITV DIFFICILIBVS IN PRAXI EX LIBELLO Hippocratis de Insomnijs,

ET EX LIBRIS AVENZOARIS

Per Commentaria, & sententias dilucidatas,

AVCTORE

IOANNE COLLE BELLVNENSI

E Nobili Domo Sancti Bartholomæi de Colle

SERENISS. VRBINI DVCIS PROTOMEDICO

Nunc in celeberrimo Patauino Gymnasio Practicæ Medicinæ professore Primario,

AD AMPLISSIMOS, ET EXCELLENTISS. TRIVMVIROS Academiæ Patauinæ Præfectos.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M DC XXVIII. Apud Euangelistam Deuchinum.

ILLVTRISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS CELEBERRIMI GYMNASII Patauini Triumuiris.

Antonio Barbaro
Zachariæ Sagredo } *D. Marci Procurat.*
Petro Bondumerio

IOANNES COLLE. F. P.

INTER cętera uetustioris æui præclara monumenta, posteritatis memoria pręconioque dignissima, veluti gemmæ quædam tam grauioris doctrinæ pondere, quàm multiplicis vtilitatis fulgore radiant, insignia illa Magni Hippocratis in libro de Insomnijs, & Auenzoaris practicæ Medicinæ documenta. Ex quibus quantum nobilissimæ illius Scientiæ cultoribus emolumenti accedat,

✠ 2 tot

tot aureæ Sanitatis vinditiæ, totque ex ægritudinum conflictu feliciter reportata trophæa sufficientissimè conuincunt. In quibus scriptis, diurna nocturnaque manu uersandis, ne Æsculapico studio dicata Iuuentus, aliqua difficultatum Charibdi iactaretur, sed ut æquabili & secunda uelificatione portum suum legere possit, eadem Commentarijs nostris illustrata, locisq; quamplurimis enodata, sub auspicijs uestris benignissimis, Illustrissimi & Amplissimi uiri, publici iuris & usus facere debui. Nec ab aliis sanè, magna hæc authorum Principum dogmata, præterquam Vobis uiris reuera magnis, & quibus omnia magna singulariter conueniunt, consecrata, lucem suam & pristinam æstimationem fęnerari possunt, qui Serenissimam Rempublicam Venetam, nobilitate, diuitiis, potentiaque nulli secundam, legum sanctissimarum moderamine commendabilem, togæ Sagæque præsidijs omnibus admirabilem, excubijs uestris, consilioque grauissimo sartam tectamque conseruatis. Hunc itaque mole quidem exiguum; at non exiguum uoluntate, uobis, Illustrissimis, & Magnis uiris destinatum uigiliarum mearum censum, animo benigno & placido suscipere, Vestramque mihi gratiam & fauorem illibatam conseruare dignemini. Ita fiet ut cætera difficilè

lè cognoſcibilia, & cognitu difficilia, è Sparta mea literaria propediem proditura, Beneuolentia Veſtra tanquam propitia Leuana ſuffultus, alacrius & citius publicæ lui committam. Interea Cęleſtem Triada ex intimo affectu ueneror, ut Vos magnæ Patriæ magna ornamenta, conſilij publici decus, bonarum artium aſylum, patronos meos incomparabiles, cum Sereniſsima Republica Veneta, quàm diutiſsimè florentes uigentesque tueatur.



Typographus Lectori S.

VT scripti, Scriptorisque ratio melius tibi constet, Beneuole Lector, scias Excellentissimum Authorem nostrum Ioannem Colle, Patria Bellunensem, parentibus ortũ esse laudatissimis: patre Georgio, viro eximio & honestissimo; matre verò Nicoletta Pisculia Lippà fœmina lectissima: à quibus tanquam charissimum pignus singulari vigilantia & solicitudine ciuiliter educatus fuit. Cumque vernante adolescentiæ suæ flore, præstantioris ingenij manifestis stricturis omnium animas perstringeret, Nobilissimis viris Aloysio Curtio, & Geruasio Geruasijs, intra Patriæ complexum informandum sese præbuit, à quibus amœnam humanioris literaturæ purpuram, vt vltimo tandem firmioris Sapientiæ succo commodius tingeretur, aridissimè imbibit. Hinc Patauium, tanquam ad artium & disciplinarum omnium emporium locupletissimum sese contulit, vbi Philosophiam à Francisco Piccolomineo; Medicinam autem ab Hieronymo Capiuaccio maxima cum industria hausit, præceptoribus scilicet, tam eruditionis eminentia, quàm Scriptorum elegantia pe-

tractus

tractus Europæ Clarissimis, sub quibus in vtraque facultate tot parasangis processit, vt in celeberrimo illo Collegio duplici laurea communi patrum conspirante suffragio publicè exornaretur. Hac itaq; studiorum suorum adorea mactus, cùm medendi palmarium in actione consistere videret, adeptam Scientiam in vsum deducere, & morborum tyrannidem tempestiuis remediorum præsidijs coercere decreuit, imitatus egregium illum apud Maronem Ascanium, qui

——pecora inter inertia, uotis
Optat aprum, aut fuluum descendere monte
Leonem.

Igitur Anno reparatæ Salutis 1584. *Venetorum amplissimorum Vrbem accessit, in qua duodecennio integro, mortalium plurimorum emolumento, praxim Medicam feliciter exercuit. Vnde cùm fama nominisque celebritate inclaresceret, Anno* 1600. *à Serenissimo Vrbini Ducis Francisco Maria Secundo honorificè in aulam vocatus, & liberali stipendio victuque donatus fuit, apud quem cum spatio viginti trium annorum Prothomedici, nobilis à cubiculo, & curru Prouinciam summa cum integritate, Virtutumque fulgore sustineret, ipsius cum vniuersa familia Senogallensium concilio ascriptus, alijsque priuilegijs eximijs, rerum laudabiliter gestarum præmiis, insignitus fuit.*

fuit. Nec tantum potuit aulica illa Siren, vt animum viri gloriæ stimulis excitatum ignobili quodam otio congelaret, quinpotius magnanimi illius Africani exemplo ductus, tum minus otiosum sese probauit, cum otio & vacuitate magis redundaret. Testes habeto libros ipsius, tam præclaræ indolis germanos fœtus, quos interea temporis publicæ luci commisit. Nimirum Praxim vniuersalem de omnibus affectionibus malignis, & febribus pestilentibus, de peste, & morborum omnium particularium therapia. Tum Libros ipsos aulicos, de Idea & theatro omnium Scientiarum, Facultatum & artium, in quibus docetur quo ordine & qua Methodo tractandæ et tractatæ sint ab Arist. Hippoc. Galeno, & alijs. Denique Cosmitorem Mediceũ triplicem, id est, exercitationem totius artis Medicæ, in cuius membro primo physiologiæ, pathologiæ, semioticæ, præseruatiuæ & Curatiuæ exercitatio proponitur: in altero quæstiones Medicæ: in tertio verò consultationes enodantur, vti singulæ præstantissimæ scientiæ partes suis energijs, (in quibus omnia summa sita sunt) eleganter exsplendescerent. Accedit Elucidarium Anatomicum & Chirurgicum, cum Commentario in lib quartum, & Fen quartam Auicennæ, in quo singula quæ ad partes illas Medicinæ vtilissimas pertinent, ad normã & exactam regulam reuocantur: quibus adde

Ser-

Sermones Academicos vulgari ſermone cōſcriptos. Tandem Practicam medicam, de morbis omnibus, cum Commentarijs in librum Hippocratis de Inſomnijs, & Sententijs dilucidatis in Auenzoar publicis typis diuulgarit. His itaque præclaris ſcriptis, Lector beneuole, ſtudiorum tuorum commodo vtero, fruere, & quod benemerentibus vnicè præſtare poſſumus, ac certè debemus, authori noſtro Neſtoream viuacitatem officioſis votis precare, & Vale.

ADMODVM REVER: PATRIS F. VINCENTII MARIÆ CIMARELLI DE CORINALTO

Sacræ Theologiæ Magistri ad Auctorem.

COlle sedens alto Cęli secreta, Ioannes,
Hausisti, quæ sint somnia vera doces.
Non igitur tua mortales oracula fallent,
Eruta sunt tenebris lumina certa tibi.

EIVSDEM AD EVNDEM.

SVnt geminæ somni portæ, quarum altera vera,
Altera sed contra somnia falsa refert.
Ambiguum nil (Collis) habes, mens tuta quiescit,
Nec timet errores qui tua scripta legit.
Nil mirum, tangis sublimi vertice Cęlum.
Afflauit pectus cęlitus aura tuum.

EIVSDEM AD EVNDEM.

AEternam, qui Helicona bibit, de fronde coronã
Annectit capiti, nec timet interitum.
Tu melius viues, qui per tot lustra, Metauri
Sub quercu, ò Collis, fluminis hauris aquas.

IOANNIS STEPHANI
BELLVNENSIS
Philosophi ac Medici elegantissimi, atque doctissimi.

QVÆ cęcis olim tenebris arcana latebant,
Diuitis en Collis culta labore nitent:
Quisquis Apollinea clarescere curat in arte,
Huc petat, & Phębi diues abibit opum.

EIVSDEM.

ISidis ille sacrum Peplum, qui dogmata Coi
Abdita doctiloqua detegit arte Senis.
Hunc igitur Collem subeant, vbi somnia pressum
Incessunt animum, qui sibi scire volunt.
Consultus responsa dabit, qua lege per vmbras
Monstrata instantis causa fuganda Mali.



AD IOANNEM COLLEM BELLVNENSEM MEDICINÆ IN GYMNASIO PATAVINO PROFESS. PRIM.

Perillustris & admodum Reuer. Donati Casellæ.

EVganeos inter colles iure aurea Olympi,
Collis, sublimi vertice signa feris.
Forsitan his vernat Dictamum flore comanti,
Ambrosiam his succum fert Panacea iugis.
Te Medicæ vt Princeps artes noctesque, diesque
Delo posthabita doctus Apollo colit;
Quà reuocesque animas Erebi è pallentibus vmbris,
Ore suo (testor numina sancta) docet.

Ad
Nobilissimum, Clarissimumque virum

D. D. IOANNEM COLLE BELLVNENSEM,

in celeberrimo Patauino Gymnasio, practicæ Medicinæ professorem primarium & solertissimum.

POEMA
IOANNIS VESLINGII MINDANI
Ph. & Med. D.

DVlces puellæ, dira quas Memoria
Partu noueno Cynthio fudit suo.
Non vos latentes scrupea crepidine
Syluisquè densis horridi Thraces premunt,
Profana turba, mentis indigens bonæ,
Quæ gemmeos dudum Hippocrenes riuulos
Cœno vesana polluit teterrimo;
Sed COLLE doctis in mei præcordijs
Sedem locastis; illa dædala manu
Meliore Phœbus finxit ex massa parens,
Cunctisquè ad vnguem perpoliuit dotibus,
Quas clara Virtus, quasquè multiplex Charis
Sophieq; plenis contulere dexteris.
Hic limpidis Aganippe subsilit vadis,
Vndè entheus potantibus venit vigor,
Non Pegasus quam sculpsit vngula velox:
Sed peruigil produxit, & constans labor,

a Amor-

Amorque fidus gloria semper comes.
Isthac capaci voluit alueo, graues
Quacunque noxas ægritudinum domant,
Seu sit diæta commoda, seu pharmacis
Hygea tristis vindicanda, seu manu.
Blandæ sorores, candidos ergo pedes
Firmate digno laudibus cunctis loco.
Dum lucida arctos flammeo micat polo,
Titanq; gratum promit, & condit iubar;
Sit COLLE vester COLLIS, & Pindus precor.

INDEX CAPITVM IN LIBRO DE IN SOMNIIS.

ELENCHVS
RERVM MEMORABILIVM
quæ in opere hoc continentur.

Cau-

D

Diur-

Huma-

Z

FINIS.

ELENCHVS
QVÆSTIONVM MEMORABILIVM quæ in hoc opere tractantur & soluuntur.

Cur

FINIS.

COMMENTARIA
IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE INSOMNIIS
Auctore
IOANNE COLLE BELLVNENSI.

DE SANITATE TVENDA, & amissa recuperanda cognita
Per insomnia Cœlestia, elementaria, & elementata.

De insomnio, artifice insomnij, & eius natura.

TEXT. HIPPOCR.

QVISQVIS de his, quę in somnis obueniunt, rectè coniectat, is magnam habere vim ad omnia ipsa reperiet; Anima enim vigilat, &, quũ quidem corpori inseruit, in multas partes distributa, non sui iuris est, sed partem aliquam singulis corporis partibus, siue sensibus distribuit, auditui, visui, tactui, gressui, actioni, ac omni corporis facultati. Ipsa autem animæ cogitatio sui iuris non est. Quum autem corpus quiescit, anima in motu est, & corporis partes perrepens, domum suam gubernat, & omnes corporis actiones ipsa perficit: nam corpus dormiens non sentit, ipsa verò vigilans cognoscit, ac visibilia videt, & audibilia audit, vadit, tangit, tristatur, animaduertit. In summa quæcunque corporis, aut animæ munia, ea omnia anima ipsa in somno obit. Quicunque igitur hæc rectè iudicare nouit, magnam sapientiæ partem nouit.

COMMENTARIVM.

Isagogica totius artis Medicæ.

ADMIRABILIS Hippocrates mira breuitate excogitauit nos docere totam praxim Medicam, curationem omnium morborum, præseruationem causarum, & symptomatum, & conseruationem omnium virium vniuersalium & particularium varijs exemplis insomnij, quia singulari doctrina philosophica, & medica breuitate, & aphoristicè in medium ante oculos in hoc aureo libello ponit quinque partes Medicæ artis; Physiologiam de membris, humoribus, spiritibus, & animæ potentijs, alricis, sensitiuæ, motiuæ & rationalis, & sanitatem humani corporis, & eius principia, partes, & passiones: Pathologiam de causis morbificis internis, & externis, de morbis, & intemperie, mala conformatione, & soluta vnitate, de symptomatibus in actionibus læsis; imminutis, ablatis, deprauatis, facultatis nutritiuæ, vitalis, sensitiuæ, motiuæ & rationalis, in excrementis exeuntibus, vel retentis primæ, secundæ, & tertiæ coctionis; in qualitatibus mutatis penes quinque obiecta Sensuum. Tertiò patefacit simeoticam, physiologicam & pathologicam, de signis pathognomonicis, assidentibus, & superuenientibus, diagnosticis, prognosticis, & rememoratiuis collectis à qualitatibus, actionibus, excrementis, atque communiter vagantibus. Quarto ostendit Præseruatiuam tutricem sanitatis præsentis similibus, & quintò Curatricē, restauratricem deperditæ contrarijs, & methodum vtriusque recitat, & administrationem remediorum & materierum; imò per insomnia naturalia à causis internis excitata naturaliter,

Quinque partes Medicinæ.

ter, nos ducit in cognitionem, & notitiam corporis salubris, insalubris, & neutri, & in causas salubres, et neutras, ad hominem arte sanandum, vel conseruandum similibus, vel contrarijs tutò, citò & iucundè per indicationes, experientiam & analogismum. Quid amplius desiderari poterat in paruo libro, in quo tot documenta medica elucent, quot verba, à genio naturæ philosopho doctissimo, & Medico clarissimo Hippocrate? numine Medicinæ? cui tanquàm Deo tota Græcia auream statuam, & coronam erexit? quid si per causas nobis tradit notitiam sanitatis tuendæ, & amissæ recuperandæ? quid si per effectus facit nos certos de causis conseruantibus, & destruentibus harmoniam humanam? quid si per insomnia primò cœlestia, secundò elementaria, tertiò elementata, significantia sanitatem, & morbos in genere, deinde in specie nobis dilucidat, doctrinam singularem, vtilem & iucundam ad practicam Medicinam vniuersalem, & particularem exercendam, & mira breuitate totam artem docet? quid si per hæc nos eleuat ad naturam formæ sanitatis, morborum, causarum & symptomatum, sedis affectæ, & causæ effectricis? quid si patefacit remedia determinata, & præsidiorũ materias & rectum earum vsum? quid, quantum, quomodo, quando & vbi? Ecce igitur quomodo breui ordine, & facili methodo, paucisq; verbis nos ducit ad totã artem Medicam exercendam, & quinque eius partes illustrat. Et quia documenta breuiter narrat, ideo speculatione eget, & dilucidis commentarijs.

Finis Medicinæ.

Medicina per demonstrationes à priori, & effectu constituta est.

Ordo Hippoc. in hoc libello.

Insomnium igitur (Hippocratis primò, deinde etiam Aristotelis testimonio,) est phantasma, & passio primi sensitiui in somno, quod mouens immediatè phantasiam vigilantem, & non omninò ligatam simplex, aut compositum,

Quid sit insomnium, & quotuplex.

situm, affirmans, vel negans, diuidens vel componens inferens, & syllogizans cum ratione excitatur, ab internis causis potissimum, spiritibus animalibus, vitalibus & naturalibus alteratis, aut humoribus naturalibus, vel præter naturam, aut partibus solidis labefactatis, aut impeditis, aut solutis, & hæ potissimum causæ ad insomnia naturalia Medicis accommodantur.

Causæ insomniorum internæ, & externæ.

Ab externis etiam causis naturalibus affectiones animi & corporis originem ducunt insomnia, ex visu, auditis, olfactis, tactis, gustatis, odio, amore, lætitia, voluptate, dolore, ab aere, regione, tempore anni, ventis, tonitruis, pluuijs, cælo & astris, motu, & lumine eorũ, per sensibiles qualitates humanum corpus alterantibus, & præsertim imaginatiuam, animales spiritus, & anteriores cerebri partes humidiores, & impreßionibus aptiores, quæ quidem non immediatè producunt species, & imprimunt, sed prius causant realem affectum corpori, à quo postea species elauatur, & phantasma, quod in somno cognitur à phantasia insomnium efficit; tandem res animatæ, voces animalium, intelligentiæ, angeli boni, vel mali continenter, vel medijs naturalibus, vel Deus, qui est Creator omnium, & omnes creaturas mouere põt phantasma in somno, & de nouo inducunt, quod (vt supra dißertum est) dicitur etiam uisum in phantastica virtute causatum à specie sensibili exeunte à memoria, vel à sensorijs particularibus cum sanguine refluente tempore somni.

Ordo & modus generandi insomnia.

Quid sit insomnium.

Hæc etiam descriptio insomnij, eius essentiam, locum, & causam effectricem explicat, animus quidem noster suapte natura non est aptus diuinare & præsagire futura, sed solus Deus; homo verò & cetera animalia secundariò ex causis secundis, & signis prænunciant, & res occul-

Species, simplex compositum, silogizans.

occultas in præsentia manifestant per somnium confusum, & inordinatum, vel clarum & ordinatum naturale, vel animasticum, vel fortuitum. Triplex naturale, animasticum, fortuitum.

Quæ tria etiam expenduntur semper, vel vt signa, vel vt causæ, vel vt per accidens, vt exemplis in Commentario explicabimus. Facilè præuident Ecstatici, qui mente commoti, cogitabundi in vnum obiectum tantummodò collimant, secundò melancholici tenuitate spirituum, & firmitate, tertiò amici propter nimiam beneuolentiam & voluptatem; diuinamus quidem per signa, per causas, & per accidens. Hippoc. verò præcipuè de insomnijs humanis sermonem habet, & vt signis denunciantibus affectiones naturales, vel præter naturam humani corporis, & vt causis producentibus affectiones naturales, vel præter naturam, & per accidens præsertim naturalibus, à causis internis humani corporis, & externis suprà recitatis & fortuitis. Hippocratis notandum artificium, qui à cœlestibus exordium sumit, & deinde secundò ad elementa, & tertiò ad terrena descendit, quę tamen ostendunt sanitatem præsentem, vel lapsam, & modum agendi. Verum subiectum huius libri statuit hominem arte sanabilem, & cognoscibilem per somnia, tanquam per signa modò diagnostica, modò prognostica, modò rememoratiua: à signo quidem, & à posteriori demonstrationes construit, necnon etiam à causis, & à priori, vt hæc Medica ars suas etiam demonstrationes obtineat: his breuiter animaduersis, Hippocratis primus textus explanandus venit, & primò verba explicabimus, secundò dubia dissoluemus, tertiò ad faciendam medicinam præcepta, & obseruationes trademus, atque materias remediorum Chirurgicas, pharmaceuticas, diæteticas, atque earum rectum vsum quantum

Triplex insomniũ tripliciter.

Vt causa.

Vt signum.

Per accidens.

Ordo somniorum in libello.

Subiectum huius libri.

Doctrina Hippoc. in hoc libello.

Tex. Comment. Tria in quolibet text. explanando obseruanda.

tum, quando, quomodo & vbi expendemus. (Quisquis de his, quæ in somnis obueniunt; rectè coniectat) *Obseruandum in dormientibus somnia esse alia speculatiua, alia actiua, & alia effectiua, prout intellectus noster est speculatiuus, vel actiuus, vel effectiuus, & obiecta eius tria aliaq; bona animi spectare, alia bona corporis, & alia bona fortunæ; sed Hippocrat. de Insomnijs agit non ad Philosophum, & ad cognitionem veri tantũ attinentibus, sed practicè ad cognitionẽ præsentis sanitatis, uel lapsæ, & ad tutelam & curationem, & ad remedia. Idcirco sunt signa experimento, & ratione comprobata, valde certa, & fida, & multa sapientia referta demonstratiua, & prognostica, quæ debent à medicis elegantibus obseruari.* Hi Medici *si elegantes sunt, etiam rectè coniectant, per causas, & per effectus cognoscunt, & probant. Quapropter in hoc primo text. docens* Hippocr. *quid sit insomnium ad Medicum accommodatum, & ad quam partem animi, uel corporis,*

Tria insomnia speculatiua, actiua, effectiua.

Circa tria bona, animi, bona fortunæ, bona corporis.

Inquit primo insomniũ esse phantasma in somnis obuium animæ sensitiuæ vigilantis tunc. Porrò uigilat anima, dum corpus quiescit, & perficit omnia munera, quæ erant communia corpori & animæ, (Actiones sunt suppositorum, & egens ministerijs corporis) dum corpus agit; sensibilia omnia ipsa vigilans cognoscit, visibilia videt, audibilia audit, tactilia tangit, omnesque animi affectus, odium, amorem, tristabilia, odibilia, amabilia, delectabilia sentit, animaduertit dignoscibilia, speculatiua, agibilia & effectibilia, an bona, vel mala sint, vera, vel falsa, vadit, & mouet corpus, nempè spiritus, humores, & solida, nam mutuò communicant affectiones animasticæ corpori, & corporales animæ, teste Philosopho 1. *physion. vnde noctiuagi in somnio agitati dormientes ambu-*

Primo physionomiæ.

ambulant, se mouent, loquuntur, audiant; iter faciunt, vt tradidimus exempla in libro nostro de Idea, & theatro de Catharina Fanensi, & alijs; facultas quidẽ imaginatiua organica & mista corpori non distincta à memoratrice & sensu communi, quem attingit somnus & vigilia, nisi officio, & sede, & operatur circa phantasmata ei oblata à memoratrice, aut sensibus particularibus quoquo pacto leuiter excitatis ab internis vel sensibilibus externis delatis ad sensum communem, licet somno pressum, non tamen omnino sopitum, & immobilem, neque vix & transitus spirituum animalium, caloris et vitalis omnino sunt clausæ, sed perexiguæ biant, vnde species cognita à sensibus particularibus offertur sensui communi, & hæc imaginatrici; hac de causa dicit Hipp. anima in somno omnia munera obit, quæ erant animi & corporis in vigilia, exercet quidem omnes sensationes, memoratur, intelligit prima, secunda & tertia operatione, mouet, distribuitur aĩa primò residens totaliter in corde totalitate essentiæ, primò à corde primò viuente & ultimò moriente (testimonio Hippoc. Aristot. necnon Galeni & Auicen.) rõnalis, vt superior, tãquam tetragonus habet in se vegetatiuum & sensitiuum actu,) & impertitur cerebro per neruos, in quo appellatur animalis, secundò epati per venas, & dicitur vegetatiua, testibus per arterias, venas & neruos, & tunc consurgit generatrix particulariter: communicatur etiam omnibus partibus per spiritus vitales, animales, & naturales, & his organis spiritalibus operatur, habitat tamen propriè in parte organica uiuente, cuius temperamento, & organizatione ad animationem, & iudicium, & ad actionem & passionem utitur, & primo communi & accommodato omnibus ipsius cordis. Est enim actus primus corporis organiei

Phantasia, sensus communis memoria non differunt.

Quomodo dormientes possint sõniari.
Dubitatio.
Solutio.

Anima tota residet in corde primo.
De principatu cordis.

ganici potentia uitam habentis. Manifestat etiam Hippocr. utilitatem huius libelli de Insomnijs, & artificis quando inquit, (non solum vim, sed magnam habere sapiētiam ad oīa,) *ad oīa contēplabilia, agibilia, effectibilia, ad omnia uegetat, sentit, ratiocinatur: tetragonus homo continet trigonum, uegetatiuum, sensitiuū & rationale, & exercet actus secundos, prout organa sunt statis temporibus accommodata. Medici sensati artifices accipiunt secundam emanationem magis sensatam apparentem, & utilem pro appositione Medicinarū:) pars sapientiæ est Philosophia naturalis, & Medicina, & is rectè iudicat insomnia, qui callet Philosophiam, & Medicinam, & ualet iudicare de re simplici contemplabili, agibili, effectibili, de assirmatione, & negatione & de syllogisticis, quia etiam sapiens dominatur astris, elemētis, & elemontatis, dum uerò anima uigilat, non est cogitandum, animal non dormire, sed sumit uigilare pro esse in actu secundo: de ijs, sepe sermonem habuimus inuicem cum admodum reuerendo patre Vincentio Maria Cimarelli Theologo Dominicano, qui Vrbini & publicas, & priuatas lectiones Theologiæ, Philosophiæ, & Astrologiæ doctissimè docet, & cum nobilissimis Academicis Vrbini, qui ingenij acie, singulari doctrina, nobilissimam Vrbem totumque orbem illustrant.*

De som-

De Insomnijs bonis & malis, significantibusque repletionem, aut euacuationem in vniuerso corpore, vel parte, & de Curatione.

TEXT. HIPPOCR. II.

QVÆCVNQVE quidem igitur somnia diuina sunt, & quędam euentura significant, aut vrbibus, aut populo priuato, siue bona, siue mala, non ob ipsorum delictum, de huiusmodi sunt qui iudicant certam artem habentes. Quæcunque autem corporis affectiones sunt, & anima per ipsas repletiones, aut euacuationis rerum à natura insitarum excessum, aut consuetorum mutationem præmõstrat, de his quidem itidem iudicant, & partim assequuntur, partim aberrant, & de neutris rectè sentiunt, cur nam fiant, neq; sciunt quando assequũtur, neq; quando aberrant, cauere admonentes, ne quid mali accidat. Atq; hi non docent, quomodo cauere oporteat, verum Dijs supplicare iubent. Et supplicare quidem decorũ, ac valde bonum est, oportet autẽ etiam ipsum opitulari, & Deos inuocare. De his igitur res hoc modo se hẽt. Esſent la insomnij

COMMENTARIVM II.

Hippocrates in hoc libro omnia admiranda, & notatu digna proponit in praxi exercenda, & breui oratione; verum quia tota Medicina consistit in additione, vel detractione naturali, uel præter naturam, ab uniuersali additione & morbosa detractione exordium sumit, & curam instituit. Adno- Artificium Hipp. in hoc libello, ordo, & doctrina.

tandum: est etiam artificium Hippocratis, & modus docendi totam praxim his exemplis de insomnijs, & primò species insomniorum enumerat, & incertitudinem artificum præsagientium per insomnia. (Quæcunque igitur somnia) *licet Aristot. dicat, somnia non esse diuina, nempè à Deo, sed dæmonia, idest supra captum humanum, ipse tamen Hippocr. fatetur diuina, etiam à Deo missa, bona uel mala Vrbibus, aut populo priuato, quæ nostris Theologis & ueritati arrident, nã ob ipsorum delicta accidunt absque causa externa, aut à Deo, soli ipsi cognita, aut hominibus diuinitùs afflatis & eruditis: (nemo nouit quę Dei sunt; nisi Spiritus Dei, ita Daniel somnium Nabuchdonozani interpretatus est)* & de his sunt (qui iudicant certam artem habẽtes,) *non ex uno tantum signo, sed ex pluribus simul coniunctis, somnia mortalia corporis affectiones significant, & præmonstrant mutationem consuetorum, uel excessum rerum à natura insitarum propter repletionem, uel euacuationem corporis, de his sunt (etiam qui elegantes, & periti experientia, signis, rationibus, & analogismis iudicant, et ueritatem assequuntur. Sed quęritur primò cur diuina, uel mortalia fiant insomnia? Secundò propter quem finem, uel propter quam causam efficientem:* porrò non rectè sentiunt, neque sciunt admonere, quomodo cauendum, ne quid mali accidat, neque remedia afferunt, sed solum Dijs esse supplicandum, quod quidem agendum est, & orare & supplicare, quoniam opitulantur.) *Verè Hipp. eos damnat, tanquam omnia insomnia in Deum referentes, & non in causas naturales, per quas Deus operatur, & non humana remedia tentantes. De insomnijs diuinis etiam agit Hippocrates, sed potissimum de caducis ad particularem hominem attinentibus, & ad eius sanitatem, & morbum, non negat preces, & supplicationes in Deum, sed ad naturalia*

De diuinat. per somnum.

Qui veri insomniorum artifices.

Dubitatio de insomnijs diuinis, humanis.

Solutio.

ralia etiam se conuertit remedia, quæ vt Medicus Philosophus administrare debet, & eodem tempore Deos orare, & remedia naturalia adhibere hortatur. Epicurei omnem fidem somnijs substulerunt, Stoici è contra diuina prædixerunt. Abstractum intellectum immittere somnia Auerroes putauit. Auicenna posuit nexum formarum, Albertus & Iandunus arbitrati sunt causari à cœlo disponente, & alterante humanum corpus, & phantasiam. Horum omnium sententiæ veritatem conciliant, quia sæpe, vt aiunt Platonici, fortuita sunt, & inania, diuina producuntur à cœlestibus, & externis, aliquando ab internis, & naturalibus humani corporis, sed potissimum Aristoteles naturaliter, & solo lumine naturę directus, non agnouit Deum autorem insomniorum, quia, vt testatur, emitteret sapientibus, non autem indoctis, probis, non malis, si vti se res habet ad esse, ita cognoscatur, & adæquat rem cum intellectu, *& phantasma cognitum insomnio rei, & res phantasmati correspondet; & ratione, experimento & analogismo decorati, certam artem tenent certitudine causæ & effectus, nam* in artibus ratione, & experientiæ inniti debemus, & hi soli scientes, & periti vocantur, qui vniuersalia, & particularia agnoscunt, (*teste Arist.* 1. *Metaphys. hinc veritas insomniorum, quæ elegantem Medicum decent, (reliquis alijs in præsentia omissis) etiam bruta somniant, & naturales passiones per insomnia demonstrant, & nobis vt signa prænunciant futura. pluuias, tempestates, serenitatem, Solis ortum, Meridiem, Occasum, diem, noctem, & similia.* 1. Metaph. 1.

De Inſomnijs ſignificantibus repletionem, aut ſanitatem ſymmetriam omnium membrorum, atque de cura, & tutela.

TEXT. HIPPOCR. III.

Eſſentia inſomnij à repletione aut à ſymmetria.

QVÆCVNQVE inſomnia mens hominis in nocte per ſomnum offert de diurnis actionibus, & reddit quomodo facta ſunt ea, quæ ſeria ac iuſta in re per diem facta ſunt, aut de quibus conſilium initũ eſt; hæc homini bona ſunt: ſanitatem enim ſignificãt, propterea quod anima in diurnis conſilijs perſeuerat, neque repletione, aut euacuatione aliqua alia forinſecus allapſa re, victa. Quum autem inſomnia diurnis actionibus aduerſantur, & de ipſis pugna oboritur; quum ſanè hoc contigerit, turbationem in corpore ſignificat, & ſiquidem fortis fuerit, fortè eſt malum; ſi verò leuis, debilius. De actione quidem igitur, an auertenda ſit, ſiue non, nihil decerno. Verum corpus hominis curari conſulo, repletione enim aliqua intus facta, ſecretio quædam contingit, quæ animam perturbauit. Si igitur fortis fuerit contrarietas, vomitum facere conducit, & cibos leues exhibere ſenſim adijciendo aliquid ad dies quinque, & deambulationibus multis, ac velocibus ſenſim augeſcentibus vti, & exercitijs exerceri moderatis pro ciborum aſſumptorum ratione. Si verò debilior fuerit contrarietas, detracto vomitu tertiam cibi partem adime, atque hanc ſenſim rurſus ad dies quinque adijce, & deambulationibus preme. Sed & vocis exercitijs vtatur, & Dijs ſupplicet, & turbatio ipſi ſedabitur.

Cura.

COM-

COMMENTARIVM III.

SI rectum est iudex sui, & obliqui, *corpus salubre, erit prima regula insalubris, & neutri, & ita causa & signum: iure Hippocr. qui multa notatu digna nobis reliquit, pro medicina exercenda explicat primò insomnia bona & recta, salubria sanitatem significantia, & symmetriam spirituum, humorum, & membrorum, & rectam commensurationem, omnesque motus naturales corporis, generationes, oẽs corruptiones, augmẽta, decrementa, alterationes transeuntes, & immanentes, & motus locales naturæ & animæ, & fluxus & refluxus quotidianos; Deinde de diurnis actionibus, & consilijs seria ac iusta re factis, & de rationibus & causis actionum illarum, & consiliorum, quæ significant sanitatẽ, de qua Gal. etiam in 6. libris regulas tradit conseruandi ipsam in genere per similia tuentia temperiem naturalem, compositionem, & vnionem in qualibet ætate, sexu, tempore anni, & regione; similia sunt alimenta, quæ respiciunt corpus viuum, sunt etiam medicamenta, quæ conseruant ipsum, vt mixtum, & organicum. Deinde post vniuersalia dicta applicat ea cuique parti Principi, cerebro, cordi, epati & testibus, stomacho, carni, ventribus, & vesicæ, nam his conseruatis secundum principia similaria eorum, naturalia, calida, frigida, humida & sicca, & dissimilaria, quæ consequuntur, & accidunt, prosequitur etiam [illegible] sanitas: atque spiritus, humores & solida actiones, & passiones naturales exercent. Anima vigilat, imaginatiua & intellectus in somno, etiam* perseuerat in diurnis cõsilijs, si neque repletione, neque euacuatione, neque alia illapsa re forinsecus, victa sit, *Animales enim spiritus inser-*

Ordo & Methodus Hippoc.

Somnia ad bonitatem attinentia gratia humorum, spirituum, & solidorum.

Quot sunt motus oẽs in corpore.

Duplicia vitalia.

Quæ causæ impediant insomnia.

inseruientes memoriæ, & imaginatrici, & sensibus alijs, atque rectrici facultati, à copia vaporum, & qualitate grauati irritatiue diurnas imaginationes perturbant, & disgregant, veluti si quis lapides plures, & sæpe in aquam proijciat, circulos illos, & motus vndæ rumpit, & dissoluit alter alterius, & omnes confusi, distorti, & inæquales apparent. Diurnæ actiones sunt incboamenta, & præparant motum phantasmatum, & somnium, quod tunc est signum, aliquando etiam causa motus, qui fit in somno. Euacuatio etiam demens, vt inaniens ea, quæ interna sunt, alterat spiritus, refrigerat, inspissat, & obscurat: Concurrit etiam calor, & temperies cerebri, & cordis, quæ pariter læduntur euacuatione, vel repletione, vel alia re forinsecus, aere, motu, medicamentis: (quies et tranquillitas aeris mare & vndas tranquillat, sic è contra.)

De insomnijs attinentibus ad morbos causas, sympto mata.

Quare si insomnia diuinis actionibus, & cõsilijs aduersantur, & de ipsis pugna oriatur, turbationẽ in corpore significant, *molitam à repletione, vel ab euacuatione, & Hippocrat. nunc etiam transit ad sanitatem deperditam recuperandam, & primò corpori insalubri factam per nimiam repletionem, vel per nimiam inanitionem, quia* (Medicina tota additio vel detractio) *omnis insalubritas generica dependet primò vel à causa replente, addente, vel à detrahente, & inaniente, & primò in vniuersali, deinde has regulas accommodat Hippocr. particulariter spiritibus, humoribus, & membris in specie: & eorum sympto-*[redacted]*, & morbos considerat, sed doctissimè agit; primò ab vniuersalibus exordiens, deinde ad particularia deueniens: ita Aristoteles primo Phys. & Gal. primò Methodum generalem tuendæ sanitatis exposuit, deinde Methodum generalem medendi, & curandi, postea particularem instituit, huic spiritui, huic humori, & huic membro; præterea notat*

1. Physic. 1. Meth.

Hip-

Hippocrates etiam quantitatem turbationis, inquiens, si fortis est pugna, fortis est pertnrbatio, & fortis est causa perturbationis, si verò leuis, leuia etiam erũt alia: *agit de quid agendum specifico, generico & indiuiduali: omnis recessus à naturali statu triplex est, magnus, mediocris, & debilis, & triplicia remedia, magna, mediocria, & debilia. Triplex quid agendum genericum, specificum, & indiuiduale, deinde quæ consequuntur, quid agendum, recta administratio materierum in quantitate, tempore, modo & loco. Verum, quoniam solus, vt medicus agere instituit, inquit, se non decernere de consilio vel actione diurna, an agenda sit, nec ne? Tunc enim talis determinatio pertinet ad moralem Philosophiam, sed tantum consulit, vt Medicus curationem humani corporis gratia sanitatis præsentis conseruandæ, vel dilapsæ restituendæ, insomnia tanquam hæc manifestantia & præsagientia considerat, & vtitur insomnijs tanquam signis diagnosticis, prognosticis, & memoratiuis. Etiam ex Galeno lib. de præsag. ex insom. quidam somniat, sibi factum fuisse crus lapideum, expergefactus paralysi correptus erat: alij instante crisi somniant seipsos balneari, lauari, natare, & hoc insomnium præsagiebat se sudare, alius frigore & febre dormiens se corripi imaginatur, & ita vigilans, febrem & frigus sentiebat. Ruffinus dormiens somniauit, visum amisisse, & contigit ei; potissimum somnia hæc particularia corporis excedentia annotant, & vera sunt, secundò affectiones animi, amorem, odium, tristitiam, mœrorem. His positis Hippocr. tandem remedia & curationem repletionis orditur à contraria causa morbo, & symptomati. An verò hæc vel illa sit repletio, non aduertit, loquitur enim in genere, non autem in specie,* sed si fortis est contrarietas insomniorum cum actionibus diurnis, & consilijs *potest esse contrarietas, correspondens generica,*

Triplex quid agendum.
Secundò quæ consequũtur quid agendum.

Dubitatio de quibus agere intẽdat.
Solutio.

Somnia naturalia.

Somnia animastica.

Cura repletionis.

Secunda repletio pletorica, cacochima.

rica,

rica, specifica indiuidualis, vel in negatione absoluta, vel in recta administratione remedij. Nunc verò ad materias remediorum se conuertit, & inquit. Oportet vomitum facere: *aggreditur curationem pharmacia, & diæta, & recto vsu materierum, & primò euacuat excrementa stomachi, quæ potissimum solent mentem perturbare, & animales spiritus sursum delata, & quia stomachus etiam consentit cerebro propter copiam neruorum, deinde exhibet cibos leues, qui etiam indicātur à copia humoris replentis, & qualitate humoris, vt facilè concoquantur, & digerantur, & leues sint, paucique alimenti, & quoniam indicans vitale primum indicat, & desumitur à virtute, si est simplex, si verò mistum etiam à contrarijs (testimonio Hippocratis) sensim detrahit primo cibos vsq, ad quinque dies, deinde sensim auget ipsos ad alios quinque (quinque dies continent ternarium, in quo fit segregatio, & alios duos dies, in quibus celebratur concoctio, & distributio: sensim permutat, quia* nimium est Naturæ inimicum, & omnes mutationes subitæ & repentinæ malæ sunt 1. *Aphor. & motum naturæ rectè operantis imitatur, deinde quia non adest vis indicantis ita potens, cum facta fuerit prius euacuatio per vomitum, & inediam per quinque dies, vt respondeat cibationi inedia, iubente Hippocrate,* quę celeriter inaniuntur, celeriter etiā reficiantur. *Inedia quidem per accidens excrementa tollit, nam insitus natiuus calor temperamenti, & influens à corde per spiritus vitales, ab epate per naturalem, à cerebro per animalem, semper absumunt humidum pro sui conseruatione, generatione, & restauratione. Oritur amplius ratio cibandi ad dies quinque, non quia numerus dierum sit indicans, vel indicatus, sed quia est signum demōstrans præsentiam indicantis vitalis, & dies quinque est numerus determinatus pro indeetrminato, aliquando licet vsque ad septimum,*

Cura pharmaceutica.

Diæta.

Quæstio De numero dierum quinque.

1. Aphoris.

2. Aphoris. Quomodo inedia operatur, & quæ.

Quæstio De numero dierū, & de quinque diebus.

ptimum, aliquando vsque ad duos tantum dies, quoniam nõ adest indicans; verum, vt plurimum vsque ad quartum perseuerat affectus, vsque ad quintum protrabit remedium, (& deambulationibus multis, & velocibus: *per multas) & multitudinem quantum agendum, per veloces modum, & quomodo agendum significat. Docet sensim augescentibus & exercitijs exerceri moderatis pro ciborum assumptorum ratione, ambulationes distinctæ ab exercitijs respiciunt nimiam copiam humorum euacuandam, exercitia verò, vt leuiora, quotidiana excrementa ciborum, quæ in singula costione prima, secunda & tertia prouentum habent, & præsertim in tertia gratia caloris excitandi & frigerandi, & fuliginum superuacanearum,* (si verò debilior fuerit contrarietas, detracto vomitu) *semper Hippoc. respicit* ideam, *& vehementiam indicantis, si vomitus indicatur à copia humorum existentium in stomacho, & impetum ad os facientium, debilior contrarietas est signum absentiæ humorum, & indicantis vomitum, sed tantummodo præsentiæ vaporum, vel exigui excrementi, quod alia remedia expostulat potens, mediocre, minimum, indicatum correspõdeat potenti, mediocri, & minimo indicanti, ita recta administratio, & materiæ remediorum, mutuam relationem inter se habent; etiam* Hippocr. *debiliora offert remedia, videlicet tertiam cibi partem adimit, in fortiori medietatem, et deinde rursus adijcit vsque ad quinque dies; sicut enim per quinque dies statim cibi fuere detracti, ad tertiam; sic per alios quinque dies sensim ad tertiam adijciendi; & hæc sunt documenta memoria digna, & Methodum medendi attestantia, & vsum.* (At si leues cibi non autem consueti, & deambulationes multæ moderatæ ad tertiam partem multitudinis, & velocitatis:) *Hanc diætam, & pharmaciam confirmat Hippoc. exercitijs vocis, etiam materiæ re-*

Solutio de diebus.

Quãtitas deambulationum. Modus earum.

Ambulatio differt ab exercitio.

Vomitus quando. & quomodo indicatur.

Diæta.

Remedia æqualia indicanti debent esse.

mediorum medicæ, quæ exhilarant, fuliginosa excrementa euacuant, calorem natiuum augent, atque lucidum, & sincerum reddunt: & sunt materiæ leues remediorum, & minimæ. Tandem his peractis post humana remedia in medium affert diuina, & nobis Catholicis pium, & verum auxilium reuocat, inquiens, Dijs supplicet, & ijs sedabitur turbatio animi.

Quomodo cognoscens anima fiat idem cum cognoscibili in actu cognoscendi.

Notandũ autẽ ex Aristotele, Animã quoquo modo frigidam, calidam, humidam, & siccam euadere, & ferè cũ sensibilibus transmutari, vt sensibile actu cum potentia sensitiua vnum & idem fiat; actu enim sensibilia reddunt animam & sensum in potẽtia in actu, & vnum & idem in cognitione & actu cognoscendi; voluitur circulariter obiectũ, anima quasi circulariter mouetur; sic species sensibilis recepta ab anima sensitiua valet alterare spiritus, & corpus vt diximus in Cosmitore de signandis fetibus. Cæterum hæc species, ut diximus suprà, modò ab externis obiectis, modo à specie relicta in memoria, aut in sensorijs in somno excitata, & oblata imaginatrici insomnium facit, quod effingit à motu, luciditate, puritate spiritus animalis, & caloris innati & influentis, intemperie cerebri sincera & pura. Turbatio fit ab his omnibus præter naturam, & præsertim in nocte, quia ut plurimum homines in ipsa dormiunt, & non in die. (seria & iusta in re) *nam id quod serium est, diligenter & fixè animaduertitur, & fortiter imprimit imaginem sui, & perdurat: dicit* (iusta) *tanquam bona maximè appetibilia, & facilius cognoscibilia, quæ in animam infiguntur, è contra leuia, inania & iniusta, concitant igitur animi perturbationem turbati spiritus, & humores, uel ad libidinem, uel ad odium, & alias animi, & corporis passiones: Proponit hæc documenta per exempla insomniorũ, tanquam iucundiora, & magis ingeniosa, ut his facilius addisceremus.*

Quomodo species cognita alteret corpus.

Tranquillitas.

Triplex species facit insomnium.

Quid turbatio.

Serium quid.

Iustum quid.

ſceremus praxim medicam; Galenus etiam, & alij, animi affectiones dignoſcere & curare monuerunt, & Ariſtoteles etiam oſtendit lib. de phyſionomia, quomodo paſſiones animi, & corporis ſeinuicem communicent, & 30. probl. 1. *manifeſtis exemplis rem totam explanat. Sed quis obijciet, cur Hippocr. in his paſſionibus ſanandis, vt aliàs præcipit, non* facit primò fluida corpora, *non exhibet lenientia, præparantia humores, ſpiritus, ſolida, deinde purgantia? & cur ſanguinem non detrahit, & alia grauia præſidia non adminiſtrat? His obiectis reſpondendum, quia propoſita ab Hippocr. ſatis erant indicantibus, & tutò, iucundè, & citò ſatisfaciebant, nam vomitoria primas vias emundant, curſus, diæta alterant & euacuant; gradatim à leuioribus primò, & à diæta, ſecundò à pharmacia, tertiò à chirurgia eſt exordiendum, vt* ſi medicamentum non ſanat, ferrum adminiſtratur, ſi hoc, ignis adhibeatur, ſi verò ignis nõ valet, incurabilis eſt Affectio.

Lib. de Phyſionomia.
30. Probl. 1.
Dubitatio de alui lenitione.
Obiecta.
Solutio obiect.
Euacuantia.
Alterantia.

TEXT. HIPPOCR. IIII.

AT verò Solem, & Lunam, & Cœlum, ac ſtellas, pura, atq; agilia ſolito modo videre, ſingula bona ſunt, ſanitatem enim corpori ſignificant ab omnibus præſentibus; verum talem habitũ pręſenti diæta conſeruare oportet. Si verò quid contrarium his fiat, morbum quendã corpori ſignificat, à fortibus quidem fortiorem, à debilioribus verò leuiorem. Et aſtrorum quidem exterior eſt in corpore circuitus, Solis verò medius, Lunæ autem ad cauitates. Quodcunq; igitur horum aſtrorum extingui, aut lædi, aut diſparere, aut ſiſti à circuitu ſuo videtur, iuxta illam ipſam par

Eſſentia insõnij, à cęleſtibus.
Cura tutrix per ſimilia.

tem morbum redundare significat, & si quidem ab aere aut nebula, aliquod ex ipsis astris pati quid horum videt; debiliorem; Si verò ab aqua, aut grandine, fortiorem. Significat autem secretionem in corpore humidam, ac pituitosam factam esse, & in externam circumferentiam illapsam esse. Conducit itaque huic & cursibus in omni vestitu, vt in multis sensim augescentibus, vt quam maximè exsudet, item deambulationibus ab exercitio multis citra prandium vti, & detracta ciborum tertia parte ad dies quinque sensim adijciendo rursus exhibere. Si verò fortius videatur malum esse, etiam fomentis vti, nam per corporis cuticulam purgationem facere expedit, propterea quod in externa circumferentia offensio, & læsio existit. Cibis verò vtendum est siccis, acribus, austeris, meracis & laboribus maximè siccantibus.

Curatrix per contraria.

COMMENTARIVM IIII.

De insomnijs à cęlestibus particularibus.

NVnc Hippocr. explicat methodum tuendæ sanitatis, & medendi magis particulariter, incipiens ab insomnijs excitatis à cælestibus, & aereis, significantibus sanitatem, aut morbosa pathemata, & sicuti in lib. Epidem. singulares historias ægrotantium, & memoratu dignas collegit ad medicinam exercendam, ita in hoc paruo libello colligit historias sanorum, & ægrotantium cognitorum per insomnia varia, cælestia, elementalia & elementata, & curationem, & præseruationem instituit congruis materijs diæteticis, pharmaceuticis & Chirurgicis, & recto earum vsu; cælestia enim nobiliora sunt, & sic eorum cogni-

Triplicia insomnia à cęlestibus, ab elementis, tertio elementatis.

Nota.

Cęlestia nobiliora, sed ardua.

cognitio ardua, & difficilis, & maximè desiderabilis, minima enim eorum cognoscere, maximè delectabile, & amplius, quàm plura alia; animus quidē noster cœlestis, à sideribus, & Deo ad sidera se facilè extollit, & mundus inferior, & homo contiguus gubernatur à superioribus latioribus & ordinem, gradum, statum earum imitatur, & præsertim corpus humanum alteratur, & proportione respondet planetis & stellis, præcipuè Lunæ, & Soli potentioribus lumine & motu. Iure statuit Arist. 2. de anim. part. 5. & Abomazar c. 167. diuina somnia perfectionem ostendere, & immortalitatem animæ & cognitionem relictam post mortem. Si quis Solem, aut Lunam nubibus obductam & obscuratam somniet, in morbum, & afflictionem incidit. Luna si quidem sæpe respicit vxorem, Sol principem, Mars ducē exercitus, Saturnus iudices, Iuppiter locum regis tenentem, & thesaurarium, & Mercurius consiliarios. Si quis igitur Lunam caliginosam, & illunem videret, interitum mulieris & vxoris præsagit. Primò tractat Hipp. de signis prognosticis à cœlestibus sanitatem adnotantibus, quàm morbos & ægritudines; prior enim sanitas dignitate & tempore: vbi sunt insomnia pura, ibi actiones naturaliter peraguntur: ibi sunt actiones naturales, vbi spiritus, humores & solidæ partes obtinent temperamentum similarium, & commensurationem conueniētem dissimilarium: sanitas dignoscitur ab actionibus naturalibus, extrementis & qualitatibus. Si quis somniet, Lunam, cœlum, stellas, pura & agilia solito more videre, singula bona sunt, & sanitatem prænunciant, puritatem, & agilitatem spirituum & humorum, luciditatem, copiam & præsertim membrorum principalium symmetriam, sed cur Hippocr. de Sole & Luna tantummodò, somnium recitat? an quia omnes partes corporis experimento, & ratione Astrologica cerebrum, epar, cor, testes, his pręcipuè

Anima à Deo.

Corpus humanum correspondet cęlesti, & stellis, planetis, & quodlibet membrum.

Insomnia. Dubitatio cur dē Sole & Luna tantum. Solutio.

cipuè correſpondent? Verum talem habitum præſentẽ dięta conſeruare oportet. *Similia ſimilibus conſeruantur, & ſanitas exquiſita iiſdem, quibus genita fuit; ideo eandem imperat diætam, quâ vtebatur* (conſueta non immutanda ſed conſeruanda) *iubente Galeno in lib. de tuend. ſanit. per diætam intelligit, non ſolum cibum, & potum, ſed res non naturales omnes, ſomnum & vigiliam, inanitionem & repletionem, animi paſſiones, exercitia corporis, Venerem, medicamenta, aerem & alia.* Si uerò quis ſomniet contrarium his, orietur morbus à fortibus quidem fortior, à leuibus quidem leuior: *vnde ſi inſomnium appareat Lunam, Solem, aſtra, cælum, impura & immobilia eſſe, tunc enuntiant morbum quendam, per morbum intelligendo, etiam cauſam atq; ſymptomata: fortis, & leuis notant quid agendum ſpecificum; aſtra reſpiciunt circuitus exteriores corporis, ſcilicet cutem. Sol medium thoracem, cor, pulmonem & epar, Luna cauitates, ventres, inteſtina, veſicam & cerebrum. Quando apparet lumen eorum extingui, aut lædi, aut diſparere ſcilicet volare in aliam partem, aut à motu ſuo ordinario ſiſti, declarant partem corporis deſtinatam aſtris affici, & ſi patiuntur aſtra ab aere, aut nebula, debilis eſt morbus; ſi ab aqua aut à grandine fortior, corpulentior enim eſt humor & vapor ab aqua & grandine, quàm ab aere, & nebula & valet obſcurius lædere lumen, & vehementius motum impedire.* Demonſtrant ſecretionem humidam & pituitoſam illapſam in externam circumferentiam; *ambitum cutaneum totius corporis, & laſſitudinẽ, & nunc Hippocrates conſiderat pathemata ſpirituum, humorum, & membrorum, interna, & externa magis particulariter.* (conducit igitur huic) *in præſentia Hippocrates haurit indicationes, & materias remediorum Chirurgicas, pharmaccu-*

Tutrix per ſimilia.

Quomodo Planetę reſpondeant corpori humano.

Qũo pathemata corporis ſignificẽtur à planetis.

Cura pathematum corporis.

maceuticas & diæteticas in medium proponit, indicatas à forma, causa effectrice, & sede affecta, curatiuas, præseruatiuas & vitales, genericas, & specificas: statuit cursus in omni vestitu multos, sensim augescentes, & vt quammaximè exsudet,) *qui indicantur ab humore vaporoso, vel nebuloso, vel grandinoso, aqueo, pituitoso, stabulante in ambitu & externis partibus; indicatur etiam vbi agendum per sudorem expellentia: admirabilis Hippocrates in hoc eodem textu tradit methodum, & applicat sanitati recuperandæ totius corporis, & membri particularis, & hoc modo artem Medicam docentem & operantem actu docet, & nos in exercenda Medicina. Galenus etiam decernit somniantem de balneis, & aquis calidis sudorem præsagire, expellunt quidem cursus veloces sudorem, quia attenuant succos & in habitum digerunt, & ad ambitum impellunt*: (in omni vestitu) *Per hæc verba narrat Hippocrates modum agendi, & administrationem sudorifici præsidij; cursus alij perficiuntur sine vestibus nudo corpopore, vt lucta, volutatio in puluere, & arena, natatio; alij cum leuiori vestitu, vt cum indusio & subucula; alij cum omnibus vestibus sago, toga, prætexta, quasi sæpe debeat mutare vestimenta, & in singula mutatione vti cursibus velocibus: magis vestiti, quàm nudi, & facilius sudant: rationibus ab Aristot. allatis in secnnda problem. & 5. 6. & 7. pori enim magis laxi manet, & humor non facilè dissipatur: veloces cursus sunt, qui breui temporis spatio magnum interuallum pertranseunt, tardi è contra, rari qui longa mora redeunt, frequentes qui breui, at sensim & sensim augeantur, vt natura suescat*: (omne violentum naturæ aduersarium,) *non sat est sudor exiguus, neque magnus, neq, maximus; hic pertinet ad quantum agendum, Indicatum à quantitate intensiua & extensiua indicantis.*

Cursus à quibus indicantur.

Sudorifica à quibus indicantur.

Modus cursus à quo indicatur.

Cursus qui & quot modis, & vsus. 2. probl. 1. & alijs. 5. probl. passim. 6. & 7. probl.

Quantitas sudoris à quo indicatur. quid sit sudor.

cantis, ideo inquit Hippocrates (& quam maximè ex sudet) *scilicet emittat copiosum sudorem extra cutem, non vt ea tantum rorida & humecta mollescat, similiter* (multis ambulationibus vti citra prandium) *id est, ante prandium &* detrahere tertiam partem ciborum, *quia indicans talem inediam expostulat tantum modo tertiam partem, leue enim est non medio ore, aut maximum; Extrema diæta extremis morbis accommodatur, ita de curatiuis & præseruatiuis est statuendum.*

Qui affectus uocantur extremi. *Vocantur extremi affectus, qui extremos labores & acutissimos annexos habent, idem ordo, & regula, obseruata in corrigendis, & debellandis affectibus, eadem adhibenda* Quid sit conualescentia. *in restauratiua & conualescentia recorporatione dicta, quę est quodammodo neutra inter sanitatem, & morbum; regreditur Hippocrates eodem ordine, sensim per quinq; dies, quousque ad consuetum cibum & quantitatem redeat, &* Dubitatur. Cur ambulatio post exercitium Solutio. *repræsentat modum agendi tam vtilem naturæ* (deambulationibus ab exercitio multis) *non licet post exercitia statim quiescere, sed paulatim multas ambulationes facere,* (si fortius videtur malum, fomentis vtitur) *quæ validiora medicamenta per cuticulam expurgant, pariter cibis siccis & acribus, qui pollent facultate calefaciendi, extenuandi, & dissipandi humores, vapores, & nebulas; sicuti Sol grandinem, glaciem, nebulas, vapores dissoluit,* quæ sunt à frigore & aqua concreta, calore colliquescunt, 4. Meteor. 2. De part. ani. Dub. de austeris. quæ à calido exprimente humidum & ob priuationem humidi, *vti Sal, nitrum, ouorum putamina*, humido liquantur 4. *meteor.* 2. *de par. anim.* (Austeris, meracis;) *Cur Austera enumerat Hippocrates frigida & sicca, & astringentia, quæ contraria sunt acribus, calidis, siccis, & attenuantibus?*

Dubitatio. Solutio. *Dicendum per austera aliquando intelligi ea omnia, quæ*

sensum

sensum gustus maximè feriunt, & lancinant, qualia sunt acuta, acida, & meraca; etenim simplicia & pura magis, quam commixta valent, quemadmodum etiã austera impropriè significata exsiccant, & licet hæc administrare, præsertim vbi adsit humiditas rorida, & copiosa; hanc eandem doctrinam Galenus decreuit de comp. med. local. in vitijs stomachi curandis: Sed quis obijciet contra dicta Hippocrates l. de aff. & l. de morb. l. de acut. morb. multas materias præsidiorum recitat, & hoc loco harum nihil meminit, ergo imminutus. Respond. tantummodò accommodatas materias, æquales, & potentes indicantibus recitare, non licet vti Veratro, neque sectione venæ in præsentia, hæ enim magnæ materiæ auxiliorum magna expostulant indicãtia.

De compos. loc.
Dub. contra dicta Hipp. de remedijs.
Solutio.

De insomnijs malis à cælestibus præter naturam significantibus stomachi, aut intestinorum læsionem, & de Curatione.

TEXT. HIPPOCR. V.

SI verò quid horum luna patiatur, reuulsionem intrò facere conducit, vtique vomitu ab acribus & salsuginosis, ac mollibus cibis, cursibus autem circularibus, celeribus & deambulationibus velocibus. Vtendum & uocis exercitijs, & prandium auferendum, cibique detractione, ac rursus appositione eodem modo utendum est. Ob id autem intro reuellendum est, quia ad cauitates corporis offensa apparet. Si autem Sol tale quid pati uideatur, fortius iam malum est, & difficilius exigi. Oportet autem in utramque partem reuulsiones facere & rectis cursibus,

Essentia insomnij mali a cælestibus.
Cura.

& alijs laboribus omnibus. Ciborum autem detractione, ac rursus appositione eodem modo: deinde uomere, & sensim rursus cibos augere ad dies quinque. Si uerò serenitate existente premantur hæc, & debilia esse uideantur, & præ siccitate à circuitu suo impediri, periculum significant delabendi in morbum. Verũ oportet labores detrahere, & diæta humectiore & molliore uti, & balneis ac ocio ampliori & somno longo ac multo donec malum sedetur.

COMMENTARIVM V.

De stomachi, & intestinorum vitijs, & cura.

LVNÆ passio Planetæ mediocris caloris & potius frigidi, & humidi, cauitates lædit, humidas & excrementis scatentes, ideo à cauitatibus internis extrahit excrementa à stomacho, & intestinis, (deque vitijs stomachi, & intestinorum, & earum curatione Hippocrates tradit præcepta;) vomitus verò hæc euacuat excrementa stabulantia in primis vijs, fit acribus & salsuginosis, & mollibus cibis, quæ habẽt vim laxandi ventriculi fibras, sicuti acres, & salsuginosi irritandi expultricem; vomitus quidem spontaneus, aut arte factus est prauus motus sursum humoris in ventriculo ab expultrice irritata fibrarum transuersarũ sursum expellentium nocuum excrementum, fibræ verò quæ retinent obliquæ sunt, & latitudinales etiam dictæ ab Aristotele & eas mollire, & laxare oportet, vt expultrix facilius extra compellere valeat, id quod amplius non retinetur. Eandem vtilitatem præstant cursus circulares veloces, & deambulationes, item, quæ hoc modo paratæ in circulum; etenim circularis motus prohibet motum humoris

Vomitus qui, quando, quomodo.

Quid sit vomitus, & qnotuplex.

Quot sunt fibræ, & earum munera.

Cursus circularis facultates.

moris

moris ad extra, & transpirationem, quia circulus, & vertigo est motus compositus tractione & pulsione, non est rectus, vt sursum, vel deorsum, neque lateralis obliquus, sed circularis; simplex tamen est ab eodem in idem orbiculariter, sed homini hic motus est præter naturam, & facilè parit vertiginem atque vomitum, anima verò cęlestis quasi circulariter moueri desiderat, corpus verò tãquam terreum à prædominio deorsum fertur, & motu recto gaudet, elementa à medio vel ad medium mouentur. Est igitur motus circularis præter naturam corporis elementati, animæ verò secundum naturam; omnia ad intus hoc modo attrahuntur, spiritus & sanguis, & præsertim ad cauitates, & stomachum promptuarium vniuersi corporis: vnde insurgunt vomitus, & hi debent administrari, dum excrementa in stomacho redundant, quæ cuncta quidem in præsenti textu explicantur per passiones Lunæ. (vtendum est etiam vocis exercitijs) *vociferatio cauitatem thoracis, & tracheæ ventremque leuat, & liberat ab excrementis, motu & caloris excitatione,* (prandium aufertur,) *quoniam noxa pertinet ad cauitates stomachi, & ad copiam excrementorum,* (euacuatio sanat repletionem) *in alijs non aufertur,* cibique detractione & appositione (eodem modo) *id est, tertiam partẽ, & rursus sensim adijcienda,* (impura corpora quanto magis nutries, tantò magis lędes.) (Si autem Sol quid pati videatur circa lumen, aut motum, fortius iam malum est, & difficilius iam exigi potest) *tunc cor, spiritus vitales, pulsificam & vitalem facultatem vitiatam nunciant, mutationesque principiorum maximè. Sol quidem Planeta præcipuus, autor vitæ, origo caloris excellit, cuius accessus, vel recessus generationis & corruptionis opifex est, & Cor primum viuens, & vltimò moriens, quod dominatur, & regit, vis autẽ illa, quæ fam-*

Quid circulus & vertigo.

Cur motus circularis sit homini pręter naturam.

Qui motus animæ conueniat, & qui corpori.

Quæstio & cur. Passiones Lunæ significant cauitates stomachi.

Vociferatio est materia rimedij.

2. aphor.

2. aphor.

Alterum insomniũ ad passiones cordis per solem quæstio.

Alex. lib. 1. de anima c. vlt.

Cura passionum cordis.

mulatur & seruit, in reliqua corporis membra protenditur, in cerebrũ, hepar, testes, neruos, musculos: est primum uegetatiuum, sensitiuum, rationale, & uniuersalis fons caloris instrumenti apti ad totum, primus autor sanguinis alentis omnia membra, à nullo recipit, omnibus tribuit: non exarabo argumenta Auicennæ & Alex. nec Auer. & aliorum.

Motus gressiuus qualis sit.

(Oportet itaque in vtramque partem reuulsiones facere i. e. ad cutim, & ad intus) *Proponit remedia & administrationem eorum indicata ab affectu, & à præsentia & subsistentia eius, quid, quantum, quando, quomodo & vbi, nam recti cursus his omnibus satisfaciunt, licet motus animalium gressilium componatur recto & obliquo, & rectus propriè non valeat appellari, vt motus sursum & deorsum elementorum; attamen rectus largè vocatur, quatenus recto tramite homo progreditur. Sanè hic motus sanguinem, & spiritum auocat ad extra* (curuis) *id est reflexis, & semicircularibus, & quasi circulariter medijs, & hic motus medius compositus recto, & circulari, medio modo succos expellit, & mouet sanguinem & spiritus partim ad extra, & partim ad intra: sed de his Mercurialis in gymnastica* (circularibus) *vt sensim quasi ad extremum deueniat, primò vtitur rectis, secundò curuis, deinde tertiò circularibus, non inquit (velocibus,) quia debent potius esse temperati. Pariter deambulationes primò rectæ instituantur, secundò curuæ, & tertio circulares. Differt enim deambulatio à cursu, hic est uelox motus concitatus, ambulatio uerò est leuis, lentaque incessio.*

Curui motus qui, & quomodo.

Cur. Ordo in cursibus.

Cur. Ordo in ambulationibus.

Quomodo differat deambulatio à cursu.

(Laboribus) *Labor est uehementissimum exercitium indicatum à copia humorum in cauitate, & ambitu corporis, & copiam tollit, pluraliter loquitur*) laboribus) *quia pluribus uicibus est labor reiterandus & pluribus modis* (ciborũ detractione & rursus appositione eodem modo,

Labor quid sit & quotuplex à quo indicatur.

do, deinde euomere) *euacuat mediam corporis partem & sensim cibos auget ad dies quinque, & addit spatio quinque dierum tertiam partem iam demptam per primos quinque dies. Et hic est ordo agendorum obseruandus in praxi & adnotatus miro artificio ab Hippocrate, qui enumerat etiam præsidiorum materies nempe uomitus, cursus, deambulationes, labores, detractionem cibi ad quinque dies, & iterum appositionem, gradatim inseruientē, ciborumleuium pauci nutrimenti, & facultatis attenuantis.* (si verò à serenitate existente.) *Aliud præsagicum insomnium affert Hippocrates debile tamen, quod minatur futurum morbū, quando apparent astra debilia, Sol, & Luna, & premantur, & motu impediantur, serenitate existente, quæ tacitè causam morbificam in corpore signat scilicet siccitatem, serenitas enim arguit siccitatem, & squalorem, sicuti datur signum naturale, quod uel semper, uel ut plurimum pathognomonicum, & assidens appellatur, sic rarò contingens superueniens, & per accidens dicitur: somnia etiam aliquando sunt signa incerta, & per accidens, aliquando certa, fida, & pathognomonica, aliquando assidentia, ut plurimū: at Serenitas est signum & effectus, productus in phantasia à siccitate corporis, & phantasticus conceptus. Jdeo apponit Hippocrates remedia humectantia, & unam negatiuam,* labores detrahere *i. minus laborare, quā antea, sed* quiescere, *quies enim uniuersum corpus humectat. Diæta etiam humectior, & mollis, qualis panatella cum emulsione seminum peponum, &* ptissana hordeacea, quæ humida actu & potentia humectant, *ut docet etiam Arist.* 1. *problem.* 37. *Balnea etiam humida aquæ dulcis, otium & somnus longus conueniunt, & quoad tempus, & quoad profunditem & frequentiam, donec malum sedetur: usque quo præsens est affectus, etiam perseuerandum in remedijs: cum*

Ordo agendorum.

Aliud insomnium. Ab astris, sole, & Luna.

Serenitas quid sit & significet.

Signa tria patognomica assidentia superuenientia.

Signa alia certa alia incerta & per accidens.

Cura siccitatis.

Quies.

Diæta.

Balnea.

Somnus.

Quando agendum indicantia.

Jndi-

Quæſitum. Recta adminiſtratio à quibus indicatur.

Indicata & materiæ remediorum declarant indicantia, & præmonſtrant affectus, quos fortaſſe Autor ſilentio inuoluit. Remedia omnia enarrata corpus humectant, ergò quod lædit, eſt ſiccum, & recta remediorum adminiſtratio, quantum, quomodo, quando & vbi, prænunciant pariter conſequentiam quantitatem extēſiuam, vel intenſiuam affectus, qualitatem, & modum agendi, & patiendi, ſubſiſtentiam, & perſeuerantiam.

De Inſomnijs igneis à materialibus præter naturam ſignificantibus affectiones bilioſas, & melancholicas, atque de earum curatione generatim, & ſpecialiter.

TEXT. HIPPOCR. VI.

Eſſentia inſomnij ab igneis & elementis.

SI autem igneum, ac calidum eſſe videatur, quod ſe illis opponat; bilis ſecretionem ſignificat. Si verò ſuperata hæc diſpereant, ac euaneſcant, periculum eſt ad mortem perueniendi ex morbo. Si verò verſa, ac mutata hęc eſſe videantur, præſentem ſtatum in fugam verti ſignificant. fugere autem ipſa celeriter eſſeque, qui ea perſequantur, periculum denunciant futuræ inſanię hominis; ſi non curatus fuerit.

Cura.

Omnibus autem his conducit, vt veratro purgati optimam victus rationem inſtituant, ſin minus, vt victu ad aquam tendente vtantur. Vinum verò non bibant, aut omnino album, tenue, molle, & aquoſum. Abſtineant autē ab acribus, reſiccantibus, calefacientibus, ac ſalſuginoſis. Laboribus ſecundum naturam pluri-

plurimis vtatur, & cursibus in vestitu plurimis, frictio uerò ne fiat, neque lucta, neque uolutatio in puluere, somnis utatur mollibus, & in ocio degat exceptis laboribus naturalibus, à cęna deambulet. Bonum est & fomentis uti, à fomentis uerò uomere, per triginta uerò dies non repleatur. Quum autem repletus fuerit, bis in mense uomat à dulcibus, & aquosis & leuibus.

COMMENTARIVM VI.

NVNC magis particulariter differit Hippocrates de biliosis, & melancholicis passionibus occupantibus spiritus, humores, & membra, & eis methodum curandi antea traditam applicat. Animaduertit in præsentia magis tactilia obiecta, & materialia in somno cognita sensu Tactus, dum somniamus quæ agimus, aut acturi sumus, aut volumus, & maximè sensata, hæc maximè imprimuntur, & à phantasia dignoscuntur, cuius virtus circa singulares sensatas formas versatur, at meliores meliora somnia uident, deteriores animo, uel corpore deteriora concipiunt, *vnde dicebat Arist. 30. probl. vlt.* Hominis morbo laborantis proposita quoque animi uitiosa sunt, atque etiam propter corporis perturbationem animus quiescere nequit, *datur corpulentia cęteris sensibus cōmunior, & prius origine, corpulentiora & materialiora repræsentat, teste Arist. 2. de anim. 2. de part. anim. & 1. de insomn. Bilis enim calida, & sicca commota speciem tangibilem calidi & sicci circa organum Tactus formatam & imaginatrici oblatam, conceptum phantasticum calidum & siccum, ac igneum imaginatur videre, vel tangere: potentia imaginatrix*

Essētia & natura affectionum biliosarum, & multarum & cura ab igneis insomnijs.

Q meliores, & deteriores quę insomnia uideant.

30. probl. vlt.

2. de anima.
2. de gen. anim.
lib. de insomnijs.

Q. imaginatrix qũo in somno, & qũo in vigilia operetur.
Tripliciter operatur imaginatrix primo modo.
Secundo.
Tertio.
Libro de somno lib. de diuinatione capite 1.
Cur motus magni in die exigui in nocte percipiuntur.
Cur parui videntur magni in nocte.
Cur facilius in nocte dignoscantur.
Cur non de odoribus fiant insomnia
Dubitatio.
Qũo humores excitent insomnia.
Cur generice obiectũ, non specifice cognoscatur.
Solutio de similitudine, & tribus actibus genericis, specificis, indiuidualibus.

ginatrix in somno è contra facit, quàm in vigilijs: nam primo obiecta mouent externos sensus, deinde ex his ad sensum communem, & imaginatricem, ex opposito aliquando in somno à memoratrice offertur phantasma, & imaginatrix iudicat illud esse in oculis, & videre, in aure, & audire, & in hoc aberrat. Aliquando fluit humor calidus ad linguam, vel ad tactus sensorium, quod cognoscens illum calidum humorem, eius speciem calidam offert sensui communi, & deinde imaginatrici, quæ imaginatur esse flammam, vel ignem lib. de somn. & de diuinatione cap. 1. nam parua res in somno oblata, maxima iudicatur, & in hoc decipitur, qui in die motus, nisi magni valde fuerint, latent, secus maiores, qui in vigilando fiunt, in dormientibus verò contrarium, parui videntur esse magni, parua omnium principia, & motus ad principia sentiendi, quę cum refluxu caloris ad intro fiant, facilius dignoscuntur; *quapropter dormiens tactu, gustu, odoratu, sentit gustabilia, & tactilia, odorabilia verò minus, adhuc minus visibilia, & audibilia. Verum licet sentiant obiecta internè oblata, attamen aberrant circa iudicium veri obiecti, nam si ad linguam dulcis pituita descendat, ex cognitione dulcis iudicat dulcia & somniat, ex bile tactum feriente iudicat flammam, & ignem, ex obiecto rubro, & igneo, putat videre flammas ignis, & incendia, ex sibilo in aure, censet audire tonitrua, ventos & sic de alijs.*

Cur si pituita dulcis, aut bilis amara, aut mel dulce, aut sonus sibili, aut tympani, aut alterius instrumenti, offertur sensibus particularibus, ab his non dignoscitur illud particulare, vti pituita, & bilis, sed tantum genericè scilicet dulce, somnus, motus? (an sicuti in semine, & conceptione aliquando contingit sui simile tale non gigni in specie, & secundum similitudinem parentum, saltem generi-

cam

eam formam parit, & fit animal, indiuidualia enim requirunt discretiores actus, specialia minus, & minus generica. In seminibus vigent actus generici, specifici & indiuiduales, si duo nequeunt mouere, saltē genericus operatur, ita in somno frequenter euenit eo magis quia egent validiori & puriori, & vigilanti sensu ad particularia dignoscenda. Genericus motus manet, & mouet, quia indiget exiguo sensu & organis, ideo deprehenditur sub generico conceptu qui in particulari sensorio cognoscibilior primò videtur, notitia enim intellectiua vel sensitiua confusa puer primò vocat omnem hominem patrem vel matrem; *& qui ingreditur viridarium, licet inspiciat particulares plantas, eas particulariter non agnoscens, omnes appellat plantas, primò quidem offertur particulare obiectum, & agnoscitur, viro docto, at ab indocto deprehenditur vniuersale magis, tanquam magis confusum, & mouens, & egens exiguo, atque etiam minus puro sensu, & sensorio.* (Si verò superata hæc dispareant, & euanescant, periculum est ad mortem perueniendi ex morbo, videtur enim oppositum contingere.) *Nam si insomniet bilis secretionem, & calidum & siccum igneum; ergo Natura vincitur, quod periculum interitus minatur, doctè asserit Hippocrates hoc insomnium, quia prænunciat calorem natiuum euanescere, & extingui, qui hæc segregare & bilem excernere nequit, bilis verò immobilis manens & firma læsionem inducit & insaniam, si verò versa & mutata hæc esse videantur, præsentem statū in fugam verti significant) Porro si præsens status bonus est, citò morbidus erit, si verò malus, euadet bonus*, fugere calidum & igneum celeriter, esseq; , qui ea prosequantur, periculum denunciat futuræ insaniæ hominis, si non curatus fuerit. *Nam fuga calidi & ignei mobilitatē & igneitatem animalis spiritus,*

Cur similitudo indiuidualis difficilior, secūdo specifica, vlt. generica sit. Solutio.

Cur tātum triplex motus, genericus specificus, & indiuidualis fit.

Duplex dubitatio. Cognitio cōfusa, & distincta, quæ prior, quæ posterior.

De primo cognit conciliatio in viro docto, vel indocto.

Actus indiuidualis & motus omnia requirit distinctiora, puriora, ideo difficilior conciliatio.

Insania quid & quotuplex sit.

ritus, vitalis; & caloris influentis annotat, cum enim hi accensi sint à calore adusto melancholico & atrabile absq; febre, & inflammatione cerebri insaniam parient, vt iubet Auicenna, (esse etiam, qui ea persequantur,) *ostendit naturam & calorem natiuum atque temperiem agere, ut superet hæc accidentia, sed cum celeriter fugiant, nequeunt deuinci: nam ex Arist. motus rerum præter natura m est uelocior & uehementior naturali,* à sanitate nemo sanatur, at à morbo ægrotat; *& tunc accidit periculum, cum humores aut spiritus igneo calore ad accensionem propensi non superantur à natura;* (si non curatus fuerit) *oportet itaq; curare istiusmodi medicamentis & remedijs, quæ humorem attrahunt melancholicum, at sensim, & bilem feruidam alterant, & euacuant, ueratro curatur, & educitur melancholia, nec non etiam placitè infusione epithymi, senæ, & polypodij, atque extracto & sale lapidis lazuli.*

Cur, & quando motus pr. n. velocior naturali. 7. probl. 1.

Cura: Pharmacia.

Victus ratio.

Victus etiam ratio mista partim indicatur à rebus naturalibus, partim à præter naturam, instituitur refrigerans, humectans, emolliens; aquosa omnia, actu, & potentia administrantur, & sorbitiones mitiores, & leniores expeditius infirmũ corpus tranant *teste Arist.* 1. *probl.* 52. potiones etiam sępe & paulatim lentè incedentes madefacient sępeque in corpore magis, quàm multæ & præcipites; quiescat æger, immotusque maneat obuelatus, *ut delitescat, & extinguatur ignis. probl.* 57. Facilius quidem *ex sententia Hippoc.* est impleri potu, quàm cibo *.i. liquidis, quàm crassis; uictus ad aquam tendens indicatur à calidis, refrigerat, humectat & parum nutrit, crassa uerò terrea, & uiscida alimenta, ut triticum, caro suilla, bubula, leporina, salita, limaces, uina nigra, crassa & dulcia nutrimenti copiam tribuunt uberẽ; non autem aquosa & tenuia, quæ sicuti sanitati conducunt, quatenus*

Sorbitio mitior & lenior.

1. probl. 52.

1. probl. 57. 2. aphor.

Cur. Victus tripl. vnus ad sanitatẽ, alter ad robur. Tertius medius ad vtrumque.

corpus

corpus transpirabile reddunt, ita minimè robori virium intendunt, quod solidis alimentis firmatur, teste Galen.lib. de ten.diæta & l.de cib.bon.& mal.succ. cur iubet Hippoc. abstinentiam à vino, aut omninò album solummodo concedit, quod aquosum, & tenue? quæ hodiernis temporibus alba vocantur, non sunt omnino alba, sed sub alba & subflaua, vti creticum, Albanum Pisauri, Corcyroticum, Cephalenicum, Zantynum & alia; quia molle debet esse, quasi insipidum & aquosum actu, & viribus, abstineatq; ab acribus, resiccantibus, calefacientibus & salsuginosis) *aliquando non solum conuenit docere, quæ agenda & administranda, sed in morbis maximi discriminis conducit etiam in medium afferre, quæ cauenda sunt, vt tutius medicinam faciamus, breuiter monet Hippocrat. his iucundis exemplis insomniorum totam praxin: (* laboribus secundum naturam pluribus vtantur & cursibus in vestitu plurimis) *cur prohibuerit ea quæ calefaciant, & exiccent cum laborandum, & currendum imperat? An quia pronit labores secundum naturam plurimos, nō exsiccantes, neque calefacientes? Sed euacuantes & attenuantes humorem crassum melancholicum, atque etiam naturalia excrementa per cutim & præsertim secundum naturam i. secundum consuetudinem, quæ est altera natura.* (curatque cum vestibus.) *An quasi nunciet cursum debere esse mediocrem & non exsiccantem. Nam qui fit sine vestibus est velocior, & vehementior, monente Arist.* Solem nuda magis, quàm induta calefacere corpora & induta magis sudare 2. *probl.* 9. vtilior tamen est sudor, qui corpori nudo currenti prodierit, etiam si minor sit, quàm qui sub veste *probl.* 30. *Hippocr. pro curanda hac siccitate non egebat copioso sudore, confirmat hæc dicta cum prohibeat frictionem, luctam, volutationem in puluere, quæ cuncta*

Lib. de tenui dieta lib. de cibis boni & mali &c.

Dubitatio. De abstinentia à vino, & de uino albo.

Solutio.

Not.

Dubitatio de laboribus.

Labor duplex est vnus secundum naturam alter p.n.

Solutio.

Cursus cum vestibus.

Modus agendi indicatur.

Dubitat. de cursu.

Solutio.

2. probl. 9. 30.

Cura siccitatis.

De somno molli quid sit.

arefaciunt: imò iubet somnos molles humectantes, et demulcentes acrimoniam succorum, laudat degentes in otio exceptis laboribus naturalibus .i. consuetis, & talibus, quæ valeant naturalia excrementa dissoluere, atque statum naturalem conseruare. Cur proponit à cęna de ambulationem, & à prandio quietē? An ut coctiones naturales celebrentur, & naturali modo calor custodiatur excrementaque primæ, secundæ, & tertiæ coctionis dissipentur? (bonum est, & fomentis vti.) *id est mollibus, & relaxantibus,* & à fomentis euomere,) *vomitu vt educuntur excrementa stomacho & biliosi humores, qui facilius per superiora præsertim æstate expelluntur, fomenta verò mollia, & relaxantia sunt humida, & calida ex malua, althea, chamemilla anetho, meliloto, oleo amygdalino dulci & similibus,* (per triginta verò dies non impleantur) *quando agendum, indicatur à præsente vrgente, quousque id perseuerat, causa affectus, atque symptoma, humor adustus, crassus, difficilis euacuationis, longum tempus vtendi regulis statuit per triginta dies, quod est spatium quatuor hebdomadarum cum dimidio, atque criticus numerus ex quatuor septimanis & dimidia:* cum autem repletus fuerit, bis in mense vomatur à dulcibus, aquosis & leuibus; *facilius vomitus concitatur post vsum ciborum dulcium, quæ fibras relaxant, atque remolliunt, aquosa etiam & leuia facilè supernatant, ex Aristotele* Vinum nimis dilutum vomitum promouet 3. *probl.* 18. *Deinde hæc exhibet gratia contemperandi humorem calidum & exustum.*)

Dubitatio de ambulatione à cęna. Solutio.

Cur. de vomitu à fomentis.

Per 30. dies. Quando agendum

De diebus criticis

Vomitoria quomodo parētur, & qñ.

3. probl. 13.

De

De Insomnijs à cælestibus præter naturam significantibus Melancholiam & animi passiones, & de eorum curatione.

TEXT. HIPPOCR. VII.

QVæcunq; autem ex his aliàs alio præ nulla necessitate errant, animæ turbationē quandam præ cura significant; confert autem huic ocium & animum conuerti ad spectacula maximè risum mouentia; quod si fieri non possit, ad id, ex quo ad biduum, aut triduum maximè voluptatem capiat, & se dabitur: sin minus, periculum est delabendi in morbum.

Essentia insomnij à calæstibus malancolici.

Cura.

COMMENTARIVM VII.

QVæcunque ignea, & calida vagantur in somnis, bilem, & humorem exustum, vel causam calidam intus, vel forinsecus ostendunt, atque etiam animæ perturbationem ex mærore, mæstitia, studio, amore, ira, quibus spiritus, humores, vel membra ob continuam cogitationem agitata incalescunt, quare dicit Hippocr. (aliàs alio,) *diuersus est affectus insaniæ ab enarrata in textu superiori, in somno mærent, tristantur, nec egent euacuatione, sed potius otio, quiete, & lætis spectaculis, quæ alliciunt mentem ad grata; anodynum quidem mentis, & spiritale mouens risum est turpe innoxium & nouum desumptum ex vocibus, vel motibus, vel vestibus, dequo in Academicis sermonibus*

De melancolia & passionibus melancolicis.

Et cura.

Indicationes pro manlancolia, insania, & al js passionibus.

Secund è anodynū mentis & corporis sensorij.

sicuti

Ridiculum quid & quotuplex. Mestitia quid.

sicuti angor, meror & mestitia, vt est apprehensio mali presentis, retrahit spiritus à circumferentia ad centrum, calorem, atque pulsum etiam refrigerat. Sic risus fuliginosa euacuat, pulsus diastolem celeriorem facit, exhilarat, expurgat, ventilat, noua puri aeris attractione. Quod si fieri non possit, vt rideat, & spectacula leta inspiciat, necesse est, vt conuertatur ad id, quod ad biduum aut triduum maximè voluptatem capiat, oportet enim excellenter lætari, & longo tempore biduo, triduo, talis spiritus affectio & animi turbatio melancholica, est corruptio æstimationum & cogitationum à phantasmate tenebricoso, propter præsentiam eiusdem materiæ cum timore, & mestitia cũ est grauis & peruicax, indicat remedia magna, & diu perseuerantia, illustrantia tenebrositatem & euacuantia materiam melancholicam, quò enim magis & diu agens in passum operatur, eò facilius imprimit vim suam iocis, cantibus, Venereis, ludis conuiuijsq; sodalium societati & venationibus incumbat: utaturque etiam Cardiacis margaritis, diahyacinthis, diamargaritone, syrupo de pomis composito, atque tandem syrupo de fumar. composito, de epithymo Mes. de polypod. extr. helleb. nigr. Confect. Hamech. Hæc sedantia melancholiam, & animi tristitiam ex curis, Auicenna doctissimè narrat, libello de uiribus cordis, & de cura Ilisci, nempè perditè amantis herotica passione.

Risus utilitas.

Melancolia quid sit, & species.

Cura indicationes.

Cardiaca.

Omni c. de uirtutibus cordis.

De insomnijs à cœlestibus naturalibus aut præter naturam significantibus affectiones melancolicas, biliosas, & de earum curatione.

TEXT. HIPPOCR. VIII.

QVæcunque astra ex circumferentia excidere videntur, suntque pura, & splendida, & vltra ac prorsus ferri videntur; sanitatem significant; quicquid enim in corpore purum ex circuitu excernitur secundum naturam, à vespera in auroram, id ipsum rectè habet; nam & quæ in ventre secernuntur, & quæ in carnem eructantur, omnia ex circuitu, & circumferentia excedunt: Quæcunque verò nigra & obscura sunt, & ad vesperam, & ad Occasum ferri videntur, aut in mare, aut in terram, aut sursum; ea magis morbos significant; & quæ quidem sursum feruntur, fluxum capitis significant; quæ verò in mare, ventris morbos; quæ in terram, tubercula maximè significant ex carne enascentia. His conducit tertiam cibi partem detrahere, & à vomitu, ad quinque dies eandem prorsus sensim adijciendo exhibere; in alijs autem quinque diebus cibos omnes assumere, & vomitu facto rursus eodem modo cibus sensim auctus exhibeatur.

Essentia insomnij à cœlestibus naturalibus, & p.n. ad melancoliã, bilem & curatio.

Cura.

✣

COM-

COMMENTARIVM VIII.

HIC Textus cum quarto superiori multa habet communia, puritas, & splendor, & motus naturalis præsignat omnia esse secundum naturam, ita contra mala; sed particulariter hic in genere de omnibus uitijs spirituum, humorum, & membrorum à bile uel pituita, uel melancholia loquitur. Ait Hippocr. exemplo insomnij de raptu astrorum à circumferentia primi mobilis ab ortu ad occasum, quando extra ambitum sui orbis excedit & ultra, in humano etiam corpore humores, & spiritus de loco ad locum mouentur, & fluxu & refluxu agitati motui superiori correspondent. Confirmat Hippocrates exemplo, quicquid in corpore purum ex circuitu in ambitum cutaneum ex cernitur scilicet à vespera in auroram. (Omnis enim motus à vespera in auroram proficiscitur à cutaneo ambitu ad intra, ab aurora ad vesperas remeat ab intus ad extra, motus solis & diurni aeris illustrati attrahit ad centrum à circumferentia lumine & motu proprio caloreque valet ab aurora vsque ad vesperas sanguinem primò, & deinde bilem mouere à vespera in auroram melancholiam, in nocteque pituitam: propter distantiam Solis, & recessum nascitur frigiditas aeris, & obscuritas, & ita sanguis, spiritus & humores regrediuntur à circumferentia ad centrum atque ad ventres, & præsertim frigidi humores pituitosi & melancholici pollent his temporibus, & suas vires exercent, cum temperamentum eorum sit frigidum, motus tardus & lentus, vti quies terræ, imò eorum frigiditas augetur, fit maior, & nocua, qui retrocedentes ad intus

De vitijs omnibus à bile, pituita, & melancholia vt mouentur.

Q Fluxus & refluxus in hoïe quot, & qui, quomodo, & quando. Not.

Sãguinis, bilis pituitæ, melancholiæ motus per quattuor dierum partes, Ortum, meridiem, vesperam, noctem.

tus impetum faciunt in immobiles & eos dimouent, sicuti si flumen lapides voluat, secundò à constipatione partium, & meatuum impelluntur, tertiò à robore expultricis; magis enim vnita est virtus à vespera ad auroram, & fibræ obliquæ latitudinales validius robustæ à siccitate & frigore densante, etiam hieme natura ventres sunt calidiores; ita pomeridianis horis & in somno: in vigilia verò æstate ferè, aurora, meridie, maneque circumferentia calidior, & vegetior est, ideo rectè se habet, quoniam motus est naturalis generationis, nutritionis, augmenti, alterationis, coctionis, sensationis, & localis, & natura naturaliter operans nihil frustra facit. Ratione probatur, omne quod in ventre excernitur, & in carnem eructat.i.vertitur, approximaturq; carni, vel in spatijs carnis residet, è contra etiam omne ex ambitu cutis, venarum, arteriarum extitit, vnde solent albi fluores & excretiones naturales secum copiosiores esse à vespera in aurorã, quàm ab ortu Solis in occasum.

Motus vesperæ ad auroram.

Pariter alimentum, & excrementum, vel humor semper mouetur, est, vel fit hoc tempore, & his modis ab intus ad extra, & ab extra ad intus: hi motus si naturales sunt, sanitatem ostendunt, si præter naturam ægritudinem, actionemque læsam imminutam, vel deprauatam, vel ablatam totius, vel partis per se, vel per consensum, naturæ, vel animæ repræsentant: hos euripos agnouit etiam Arist. à corde per uenas, arterias, & neruos, ad hepar, cerebrum, testes, & omnia mẽbra, & ab his ad cor, regium vnicũ primũ fontem, imperantem & tribuentem alijs ministeria, reliqua inseruientia, & famulantia, delegata, ac serui, & ministri, regis, imperatoris, Monarchæ indiuidui, vnici, quia vnicus est homo, atq; per vnicam formam, & unicam signatam materiam humanam, humano temperamento communi & indifferenti ad omnes actiones, & humana figura orga-

Prima dubitatio. Cur fluxus copiosiores à vespera in noctem quàm ab ortu solis.
Solutio.

nizatione dissimilari cōi, quo temperamento, & qua organizatione unica unicum cor decoratur uidelicet unicū animal in animali homine: hæc notāda. (Quæcunq; verò nigra, & obscura sunt, & ad vesperam & ad occasum ferri videntur.) *Expositis tanquàm nobilioribus normis, ad sanitatem attinentibus, ut facilius agnoscamus, quæ ad morbos prædicendos futuros, uel præsentes significandos ait,* circa lumen nigra, & obscura, *color malus, aut est niger, aut obscurus, quasi lumine cęlesti priuatus, deinde circa motum, hic est præter naturam, quando ad uesperam, aut occasum tendit, cum deberet ab occasu ad ortum uergere motus obliquus; rectus autem præter naturam est in cælestibus, quando uel sursum uel deorsum uidentur ferri in mare, uel terram, cum circulariter moueri debeant ab occasu ad ortū. Dupliciter ergo præter naturam imaginamur in somno moueri primò circulariter ab ortu ad occasum & ad uesperam; secundò motu rectò sursum uel deorsum, & hi motus ostendunt morbos, & magis particulariter huius, uel illius partis cerebri, oculorum, auris, cordis: eget cerebrum spiritibus luminosis, uisus diaphanis, auditus transonoris, cor solaribus, & ad omnes motus sursum, & deorsum ante, & retrò. Sursum morbos capitis signant, caput sublime est, deorsum in mare morbos etiam uentris, hic enim deorsum est, & pars inferior uocatur ab Aristot. sicut superior caput. In superiori sanguis purior, & sincerior reperitur, in medio medius, in inferiori crassus, turbulentus, & impurus, ueluti ad mariscas, à septo transuerso usque ad os pubis inferior appellatur, Thorax medius, & cerebrum superius.* (Quæ verò in terram tubercula quidem maximè significant, ex carne nascentia.) *Deorsum est caro, & magis deorsum & inferior pars sicuti terra est centrum mundi, sic caro & ossa sunt centrum hominum, uentres autem*

aqua-

Duplex motus in cęlo, & qui motus sunt in homine naturalis & præter naturam.

De situ partium, & sanguinis.

Triplex sanguis in vniuerso sincerus, medius, & crassus. i superiori, medio, & inferiori ventre

aquarum & maris rationem habent, licet terra montes, colles videantur supereminere, attamen superat & ambit Aqua.

His conducit tertiam cibi partem detrahere) *memorat Hippocr. materias præsidiorum indicatas ab Indicantibus præter naturam, à quibus elicitur etiam rectus earum vsus, qualis, quantus, quomodo & vbi. Coniectandum ex propositis remedijs, morbum fieri à repletione; nam detrahit tertiam cibi partem, & vomitu euacuat humores, pituitosos aut melancholicos aut biliosos, qui tubercula in carne solent producere, & etiam affectiones ex ventre dolorem stomachi, nauseam, vomitum, singultum, inappetentiam, appetitum caninum, bulimum, lienteriam, fluxus alui, tumores & vlcera; (raro inuenitur intemperies sine materia;) detractio igitur cibi & vomitus minuunt excrementa, & per dies quinque instituta diæta sic per alios quinque sensim aucta indicantibus correspondet, vt consueta victus ratio paulatim celebretur, prima die de tertia parte ablata additur parum, secunda die aliud parum, & ita in quinque partes secatur, & hoc pacto frænatur & qualitas & motus & copia atque facultas irritata.*

Cura affectionum biliosarum, pituitosarum, & melancholicarum.

Sed dicet quis, cur vtitur Hippocr. hoc modo agendi, & hoc numero quinquenario; cur non quaternario, senario, septenario & alio? An Natura sua munera conficit tribus diebus & per alios duos, vt sexta dies iterum expellat?

Dubitatio. De numero quinario.

Solutio.

Die singula portio addatur) *& quoniam morbi diu persistere valent, & non cito remoueri, denuo inquit* cibos omnes assumere, conducere, per quinque alios dies crassos *& tenues acres, & molles.* (Omnes) *quoad qualitatem non quantitatem, calidos, frigidos, humidos, siccos, facilis, vel difficilis coctionis, in potu, vel cibo, &* (denuo vomere;) *diuersitas ciborum vomitum facilitat, &*

Natura conficit sua munera tribus diebus.

Hip. lib. 4 de morbis.

Vomitus quomodo conficiatur.

Celſ. in proemio. *ventriculo robur inducit.* Quilibet *ex Celſo in proemio,* debet aſſueſcere, modò multum, modò parum comedere, modò vna hora, modò alia, modò duros cibos, modò tenues, liquidos, craſſos, ita virtus roboratur, & validior reſiſtit; *rurſus eodem modo cibus auctus exhibeatur, nam licet (omnes) ut dixi, cibos aſſumat, attamen quantitas erat minor tertia parte, quæ poſtea ſenſim aucta ſexta die redit ad conſuetam quantitatem, nam ſexta dies dicatur expulſioni, ut monet Hippocr. l. de morb. die impari non eſſe exhibendum pharmacum. Qualitas ciborum debet eſſe calefaciens, uel humectans, uel ſiccans, attenuans, incidens, detergens, prout pituita, uel humor melancholicus uel biliosus inſtat.*

Quantitas ciborũ à quo indicatur.

Dubitatio. De die impuri. Solutio.

De inſomnijs à cæleſtibus puris, & naturalibus ſignificantibus ſiccitatem, & melancoliam aut ſanitatem & de Curatione.

TEXT. HIPPOCR. VIIII.

Inſomnia à cæleſtibus puris ſignificãtibus ſanitatem.

QVæcunque verò ex his pura & candida in cęlo hærere videbuntur, ſanum eſſe ſignificãt, quia quod in homine deſcendit, ex æthere eſt. Tale autem videt anima, quale ſanè deſcenderit. Quæ autem nigra fuerint, & non pura, neque conſpicua, morbum ſignificant, non propter repletionem, neque euacuationem, ſed forinſecus inductum. Huic confert curſibus circularibus velocibus vti, quo quàm minima corporis colliquatio fiat, & ſpiritu quàm denſiſſimo vtens, id quod iunctum eſt, excernat; à curſibus autem, deambulationibus celeribus vtendum eſt. Victus autem mollis, & leuis ad dies quatuor offeratur.

Cura.

COM-

COMMENTARIVM IX.

Q Vemadmodum in textu quinto affert insomnium de serenitate tanquam signũ siccitatis absque copia humorum: deinde insomnia significantia repletionem, & celestia ex motu, & lumine tenebroso, obscuro & nigro, motuque vario, ita nunc solummodo de insomnio qualitates tantum humani corporis, & temperiem naturalem, & præter naturam notificantibus, loquitur. (astra) *non Sol, aut Luna, (quia de his non differit) sed de astris, quæ ad planetas propriè, & ad stellas impropriè fixas accõmodantur.* (pura & candida,) *lucida ad albedinem uergentia, pura possunt esse absque candore, & alia candida, & pura, uti uia lactea, quæ albedinem etiam præmonstrat; hæc omnia significant sanitatem, calorem purum, spiritusque absque feculentia & heterogenea substantia inequali, quemadmodum lac: at si lacti aqua, terra uel atramentum misceatur, non amplius clarescit, quod solet contingere à uaporibus atris, ab humoribus pituitosis, melancholicis, sanguineis, & biliosis, copia, qualitate, & motu peccantibus. Hi permixti, & turgentes confundunt omnes succos: nec mirum, qualitates corporis celestis, & astrorum respondere qualitatibus humani corporis: luciditas, puritas, candor, sunt qualitates sequentes immediatè naturam celestium corporum, sicut motus formam, & intelligentias. Ignis quidem elementaris, & ille accensus speculo radijs solis non differunt specie, eadem materia accenditur, eadem accidentia propria sunt utriusque, calor, luminositas, splendor, motus, tertio extinguuntur ab eodem contrario: Islandici ob aeris trassitudinem,*

Insomnia qualitates morbosas significantia.

Affectiones penes colorẽ & puritatẽ spirituum humorum, membrorum.

Q. quilibet ignis eiusdẽ speciei est.

Cur. dubitatio. Islandici melancolici. Solutio:

Pueri, lamiæ.

De varijs falsis imaginationibus melancolicis cur, quo modo, quando.

tudinem, frigiditatem, & victum melancholicum, & crassum gignunt spiritus crassissimos, & imaginationes terrificas mœrore, & terrore plenas somniant. Ita pueri ob timorem in tenebris ambulantes timidi sunt, & amantes firmas imaginationes sæpe efformant: nocte alij à laruis imaginantur inuadi, & orco dicto: ita lamiæ, strighæ dictæ, quia vallium loca tenebrosa, frigida & humida & victum adhibent, frigidos & melancholicos spiritus procreant & demonum imaginantur conuersatione vti. Quia quod in hominem descendit, ex æthere est: tale autem videt anima, quale sanè descendit.) *Descendit in homine (vt docet Arist. 2. de gen. animal. c. 3. et 1. de part. animal.* 1. mens, quæ deforis aduenit, *& Theologi fide decernunt;* ex æthere est) *id est cœlo, & cœlesti harmonia, et substantia fabrefacta, diuina & immortalis, creata à Deo, & est substantia diuina & immortalis ad imaginem & similitudinem Dei.* Abiuncta à materia est intelligens, intellecta & intelligibilis, & tale intelligibile videt anima, & formas abstractas à materia intelligit. *teste Arist. 3. de anima 25. et 26. formæ verò materiæ adiunctæ sunt tantùmodo intelligibiles potentia, non actu, & intellectæ, non autem intelligentes. Sensitiua anima omnino iuncta materiæ, eleuatur & segregata à terrestriori, vtiturque spiritibus puris, & candidis, præstat substantia puriori, recipit species sine materia sensibili, at non sine appendicibus singularibus, quemadmodum si quis imaginetur triangulum, & figuram pictam circuli in charta, recipit figuram trianguli, & circuli, non tamen absque particularibus appendicibus materiæ, forma verò, vegetatiuaque anima in crassiori parte elementorum crassior, crassioraque obiecta nempe alimentum substantia quale & quantum habet.* Hipp. *non proponit remedia, patet enim sana corpora debere similibus conserua-*

2. de generatione anim. c. 3. primo de part. an. primo.

3. de anima 25. 26.

Animæ sensitiuæ facultates, potẽtę

Animæ vegetatiuę munus.

seruari, præsertim sex rebus non naturalibus iam aßuetis.

Quæ autem nigra fuerint, & non pura, neque conspicua, morbum significăt. *Insomnia terrifica plerunque antecedunt, aut subsequuntur magnas calamitates, si enim ob memoriam subeunt, præcessit infortunium; si autem ob humores fiant, mortem aut grauem morbum præsagiunt, horum enim causa in corpore est; quod si ab astris contingant, carceres, iniuriam, exilia, iacturamque corporis significabunt: non enim impressionis significatum absque imprimente causa in homine est, si verò ab anima id eueniat, consensu mouetur, & personæ amissione declaratur. Hæc igitur talia esse debent, inspicere etiam oportet, an uiolentum aliquod turbarit animam, ut cibus, potusque, aut agitatio corporis, aut animi: maximè hæc terrores inanes, & uanas etiam species excitare solent. Nigra opponuntur candidis, non pura, & non conspicua claris, & diaphanis, forinsecus inductum repletione, & euacuatione, ab aere, animi accidentibus potissimum prouenit, significant læsionem in corpore.*

Insomnia terrifica

De terroribus, terrificasque.

Qũo & à quibus causis terror generetur.

Cura siccitatis & melancholiæ.

Confert cursibus circularibus velocibus vti. *explanat remedia, quæ forinsecus inductum insomnium remouent, & quia morbus non est in additione substantiæ, & corporis humorum, sed potius in additione uitiosæ qualitatis, cursus uelox & circularis eam adimere potest alterando spiritus, & organa mentis: circularis conuenit menti, & mouet motu cœlesti ab eodem in idem, & ad excretionem intus. (uelox) expetitur, ut assimiletur cœlestibus orbibus, & citò ualeat qualitatem illam nigram, obscuram, & impuram potissimum spiritibus adhærentem expurgare.*

Cursus velox & circularis quid & quomodo.

Velox quid iuuat.

Spiritu quam densissimo vtens, id quod inductum est excernens: *ex cursu enim circulari ac ueloci oritur frequentia respirationis, & necessitas euentandi calorem auctum ex cursu, unde oportet uti respiratione, & inspiratione*

Respiratio quid iuuat densissima.

ne

ne densissima. i. frequenti qua excernuntur per anhelitum, & fuliginosa excrementa cordis, & uitalis spiritus: atque aerea nigra uel impura purificantur. Ex qualitatè remedij idest spiritu densissimo manifestatur affectus, sedes, & causa, nempè læsio spiritus, & conspurcatio, qui naturaliter debent esse puri, candidi, & perspicui geniti ex aere, & igne, & tenui substantia sanguinis, animales magis lucidi, & temperati, vitales coloratiores, & impetuosiores, calidiores; perspicui tamen ob calorem cordis, & motum, sicuti lixiuium, si sæpius proijciatur sordidis pannis abstergit sorditiem, & maculas, & albos, splendentes, purosque reddit. Ita aer spiritus nostros internos: A cursibus autem deambulationibus celeribus vtendum. *Postquam cursu coactus est spiritu densissimo vti, sensim ad consueta munera redit, & proponit deambulationes celeres, quæ sunt media inter cursum, & quietem, vt sensim & sensim natura ab vno extremo per media ad aliud deueniat. Nunc verò etiam diæta curat, quæ mollis & lenis ad dies quatuor, mollis in substantia liquida, & fluxili, magis spiritali, & potenti spiritus emundat: leuis leuitate ponderis, vt sit aerea, aut ignea à prædominio, & leuis quoad nutritionem & alimenta parum nutriens, & leuis facilis digestionis quando agendum quousque præsens est indicans, eò semper administratur remedium, & materia remedij, tam in methodo curandi, quàm præseruãdi*: ad dies quatuor. *nam quarta dies critica, salutaris, & naturalis, est ferè medietas septimanæ & sextilis, natura est principium alterius Ternarij, & index septimi.*

Quales spiritus animales vitales, naturales.

Deambulatio celer quid quo vtilis sit.

Diæta.
Leuis tripliciter.
modus agendi à substantia modificatur.
Facultate põdere.

Nutritione.

Quando agendum

Cur Quarta dies.

De

De Insomnijs à Deo, sanitatem, aut ægritudinem significantibus, & de tuenda sanitate, vel amissa recuperanda.

TEXT. HIPPOCR. X.

QVicquid porrò à Deo accipere quis sibi videtur purum, bonum est ad sanitatem, significat enim ea, quę in corpus ingesta sunt, pura esse. Quicquid verò huic contrarium videte quis putat, non est bonum, morbum enim in corpus venisse significat. Oportet igitur veluti priorem, etiam hunc curare. Cura.

COMMENTARIVM X.

R*Elictis astris, cœlo, & alijs dependentibus, & causatis, à Deo prima causa causarum exorditur*, *qui* stabilis dat cuncta moueri, *non violenter, sed uoluntariè, si purum est acceptum insomnium, sanitatem pręmonstrat. Deus enim absolutè bonus est, omnipotens & sapientissimus, reliqua autem dependenter; si verò contra res se habet, morbum significant, & ea quæ ingesta; sed perscrutandum, cur ea quæ ingesta pura esse Hippocr. notat? secundò cur in tempore pręterito loquatur? tertio cur non actiones faciendas? Respondendum primo. An quia sanitas tempore fit, & ab his ingestis in tempore, an quia actiones non accipiuntur ab extra, sed ab interno principio fiunt? Anima enim est principium vegetandi, sentiendi, mouendi, intelligendi: quę ve-*

Insomnia à Deo bona vel mala.

Dubitatio de ingestis.

Solutio.

rò accipiuntur ab extra, uel sunt ad conseruationem speciei, uel indiuiduè absoluti bona, & necessaria, ut aer necessariò extra attrahitur, uelimus, nolimus, pro generatione & restauratione spiritus uitalis, & caloris, & animalis; cibus & potus pro nutritione, accretione, & conseruatione solidarum partium, & generatione sanguinis, humorum, & spirituum animalium, & uitalium, & naturaliũ, & prolificorum, ex quo sanguine tanquam ultimo alimento ad nutrienda & generãda omnia membra semen uniuersi corporis potentia tota totum animal, & dispositione, singulis partibus utile excrementum emanat, quod ultimam perfectionem, & quoad corpoream substantiam, & quoad formam substãtialẽ, et tẽperamentũ quodlibet delegatã primò à corde principe unico, & regnante toto, & delegante alijs uires suas, attamen à testibus acquirit, valetque speciem, et sui simile gignere & conseruare, quam similitudinem & à sanguine genito in corde, & à generatrice communissima in corde, & à specifica in testibus accipit, & ab his immediatè, ab alijs mediatè, & ubi materia signata perficitur, ibi forma physica educta de potentia materiæ debet introduci, quare in testibus forma et agens generationis semẽ perfectũ, cũ sit particularis homo caducus: hinc sõnus, & vigilia, inanitio, & repletio, animi & corporis motus necessariò eueniunt, vestimenta verò & alia excrementa, bilis, pituita, melancholia, pili, vngues, & huiusce modi ad ornatum, pulchritudinem, meliorem conseruationem, tutelam, non autem ad esse simpliciter præferuntur. Quapropter ad ea, quæ ingesta propriè, & extra necessariò occurrunt, tanquam bona necessaria homini adesse absolutè & bene, & melius Hippocr. conuertit orationem; dubitabit quis, cur somnium de Deo præsagit ingesta? quæ est necessitas huius consequentiæ? Somniauit accipere à Deo quid purum, ergo

De semine q. & de cordis principatu. Alex. Aphr. li. 1. de anima vlt. Auicen. li. 1. fen. 1. lib. de virtutib. cordis.

Dubit. de ingestis.

Vires ciborum.

quæ.

quæ comedit, pura sunt, & salubria? Cum Natura est principium omnium effectuum, puros spiritus humores & solida efficit, & ab aere, & ab ingestis fiunt & tuentur, ab his ergo somnium purum anima cælestis accipit. Si quis verò huic contrarium videre putet. *Contrariorum eadem est disciplina, & sola curatio morbo aduersa exprimitur, quæ erit eadem cum priori cursu, ambulatione & victu, nam cum secundum idem omnia conueniunt, omnia etiam æqualiter expetuntur. suprà de spiritalibus, nunc verò de ingestis impuris loquitur, qui sunt cibi, & potus, ex quibus humores, & excrementa impura, spiritus vitiosi, solidæ partes affectæ ortum ducunt, & impura phantasmata, & insomnia appareant; humores nunc erunt euacuatione & vomitu præseruandi, vt impuritas & copia tollantur. Enodatur etiam alia dubitatio, Cur à malis Dijs, & Dæmone accepisse videtur: cum sint substantiæ & spiritus immortales? & ea etiam quæ ingeruntur impura, & non spiritalia? Respondendum, licet cibus & potus sint corpora mixta, habent tamen tenues partes, & crassas quibus impura esse valent, quare cursibus velocibus, deinde ambulationibus, spiritu densissimo, & tandem victu molli, & leni egent, vt deputentur? Cur non recenset Hippoc. validiores remediorum materias? quia cursus ambulationes, & victus satis adimere queunt ingestorum copiam, & impuritatem?* Medicus non solum speculatur sanitatem, sed indiuidui 1. *Metaph.* 1. *primo Moral.* 6. & 7. & 7. *Moral.* 8. *Profectò sanitas est Bonum, cuius gratia cętera peraguntur.*

Cura.

Dubitatio de malis Dijs.

Solutio.

Dubitatio de remediis.

Solutio.

1. Metaph. 1. primo Moral. 6. 7. 7. Moral. 8.

De insomnijs ab elementis, & elementatis significantibus bonam, vel malam sanitatem.

TEXT. HIPPOCR. XI.

Insomnia ab elementis, & elementatis significãtibus bona, l. mala.

SI quis se complui putet clementi cœlo, aqua molli, & non valde madefieri, neque vehementem tempestatem ingruere, bonum est, significat enim moderatum, ac purum spiritum ex aere ingestum esse. Si verò vice versa valde complui quis sibi videatur, & tempestatem ac turbinem esse, idque aqua non pura, morbum designat à spiritu, qui in ipso est. Verum oportet etiam hunc simili diæta vti, & omnes hos pauco cibo ali. De significationibus quidem igitur astrorum sic iudicare oportet, prouidereque, ac Diætam statuere, & Dijs supplicare, in secundis quidem rebus Soli, Ioui cęlesti, Ioui possessori, Mineruæ opulentæ, Mercurio, Apollini. In contrarijs verò, Dijs malorum auersoribus, & terræ & heroibus, quò mala ac grauia omnia auertant.

COMMENTARIVM XI.

Insomnia ab elementis, & elementatis.

AB astris & Cœlo, Luna, Sole & cęlestibus, quæ lumine & motu, & horum qualitatibus varia sublunaria mista, perfecta, imperfecta atque elementa designant, Ad elementa secundo accedit Hippoc. proxima cęlo, tertio ad elementata, aereas alterationes, & passiones meteorologicas,

quæ

quæ possunt præsagire sanitatem, & morbum producere: Meteorologica verò potissimum effectiuè à cęlo, à frigiditate, & caliditate, passiuè, ab exhalatione & vapore generantur: In aere plura meteorologica in prima, secunda, et tertia regione apparent; aqua primò, quæ pluuia dicitur, et ex vapore aqueo transmutato à frigiditate aeris in nubem, & hæc in aquam producitur. Primum & præcipuum mouens circulus est, in quo manifestè Solis latio disgregans, & congregans ex eo, quia propè fit, aut longius causa generationis, & corruptionis est. caliditas trahit vaporem à terra madefacta & eam sursum attollit, ipsa verò altius ascendens relinquit vaporem, qui infrigidatus cogitur iterum, & propter derelictionem caloris, & propter locũ, & fit aqua ex aere, facta autẽ iterũ fertur ad terrã 1. Meteor. sũma 3. c. 1. *Idcircò somnium se complui clementi cęlo aqua molli, & non madefieri, neque vehementem tempestatem ingruere, bonum est, significat moderatum & purum spiritum ex aere ingressum, mole, quantitate, & qualitatibus, & colore respirasse aerem purum, moderatum, calidum, & humidum, & vaporem, qui spiritus vitales, & animales humectans, & aereos reddẽs, causat somnium tale in imaginatiua de pluuia: nam sæpè sæpius, sicuti somnium est signum affectionis sanitatis, vel morbi, & qualis, & quãti, vt inquit Gal. 3. de crisib. 4.* Ideæ & speciei affectus, magnitudinis, motus velocis, vel tardi, benignitatis, vel malignitatis, *ita affectus notior nobis producitur à causa in corpore, manente, & præsenti; ista verò causa est origo somni, & signata & manifesta ab insomnio tanquam signo, & effectu ipsius causæ; & præsertim de naturalibus, & caducis, elementaribus somnijs: (non autem de cæléstibus, & diuinis sermo est:) dicebat Apomasar aph. 161. & 162.* Si turbidam aquã

De meteorologicis, quæ præsignẽt.

De aquæ generat.

1. Meteor. 3. c. 1.

De gener. pluuię.

Pluuia.

3. De crisib. 4.

Apomasar. 161. 162.

sibi bibisse visus fuerit, in affectionem, & morbum incidet: si domum duntaxat suam pluuia madefactam, in morbum pestilentialem, & ægritudines familia eius incidet: vbicunque pluerit pluuia pura, cuiuis personæ bonum portendit, si turbida fuerit, & impura, diuersum. *Clemens cælum appellatur absque vento, tranquillo aere: malacia maris dicitur, (quæ potissimum in quadris Lunæ fit) cum mare nullo moueatur impulsu.*

Quid traquillitas maris. Quid malacia.

Quapropter turbo, & tempestas est ventus, spiritus & flatus, seu exhalatio sicca, agitata violenter, & cum totus flatus seu spiritus simul, & spissior, minus & excretus fuerit tenuis, ex nube, procella ventus fit, quare & violentus. Celeritas enim excretionis facit fortitudinem; Quando procella fit, semper nubes excernitur, & fit continuus ventus. Borealibus autẽ non fit Vortex, neque niuosis existentibus procella, propterea, quod omnia hæc flatus sunt, flatus autem est sicca & calida exhalatio, gelu igitur & frigus extinguunt: fit vortex, quando quæ fit procella non possit excerni à nube: Est autem propter repulsationem gyrationis, cum ad terram feratur circumuolutio simul deducens nubem, non potens absolui. Qua autem secundum directum efflat, hac spiritu mouet, & circulari motu vertit, & sursum fert, cuicunque inciderit vim inferens; cum autem detractus ignitus fuerit, hoc autem est, cũ tenuior spiritus fiat, vocatur accensus turbo, coincendit enim aerẽ ignitione colorans; *hæc Arist. Explanata Natura tempestatis, & turbinis, atq; vorticis, facile erit dignoscere causam insomnij esse affectionem spirituosam, & flatuosam, permixtam spiritibus vitalibus, nam flatus excernitur extra spiritus, & humores impetens celeriter, & uiolenter in corpore, non quidem frigido, niuoso, senili, regione*

Quid turbo. Quid procella. Quid vortex. Quid tempestas. Turbo accensus. 3 Meteor. c. 1. Flatuosæ affectiones, quæ & quot sint.

gione frigida, & vtente frigido victu, flatus in huiuscemodi corpore extingueretur. Quapropter hæc procella, uel ab aere & flatu extra respirato nascitur, uel à cibis, & potu, uel temperie naturali calida, & sicca, uel morbosa originem ducit. Sat est, flatum in corpore, & exhalationem uitiosam calidam & siccam, uiolentam, celerem, uagantem, & lædentem reperiri, cum autem adhuc exhalatio flatus fuerit tenuior, & expellatur à spiritibus, & humoribus, ab his turbo accensus, aut tempestas, aut uortex excitatur, & phantasma mouens insomnium tale, & cum in præsentia agat de affectionibus calidis, causis & symptomatibus, pro exercenda medicina breui oratione tradit præseruationem, presagia, Indicantia, & materias remediorum, & rectum earum usum. Cura similis est diæta cum priori, mollis, leuis, humectans, parum nutriens, & refrigerans, indicata à contrarijs, extinguit caliditatem & siccitatem, & copiam minuit; nam ex frigiditate, & humiditate oppugnatur procella, & turbo spiritus & humorum; multus cibus calorem substantialiter auget, sanguinem copiosiorem gignit, spiritus procreat, uaporosas fuligines eleuat, quæ turbinem, & tempestatem multiplicant; contrà cibus paucus per accidens euacuat, inanit, & flatus dissoluit. Hinc calor natiuus ualidior exurgens alienos uapores, & exhalationes dissipat, & natura depulso onere uegetior redditur. Quando igitur percipimus napores, exhalationes, tempestates, turbines, uortices, hac diæta uti oportet tenui, molli, leni, refrigerante, humectante, ut suprà. De significationibus quidem igitur astrorum) *sic iudicat epilogo significationes astrorum, & remedia tam celestia, quàm sublunaria. Affert etiam documentum in secundis rebus precandum benignis Dijs,* Ioui celesti, Soli, Ioui possessori, Mineruæ opulentæ, Mercurio, & Apollini, à contrarijs

Turbo accensus.

Cura procellæ, turbinis, & similium.

Not de precibus ad Deum.

verò

Qui sint Dij boni, & mali antiquorũ.

verò Dijs malorum auersoribus, & terræ, & heroibus, quo mala, & grauia omnia auertant. *Antiqui Deos bonos uocant, qui benefaciunt, & rebus secundis præstant, malos & auertentes mala, qui caducis & mortalibus rebus præsunt, & mala cauere, & auertere possunt. Deorum alij Olympij & aerei uocati sunt, ut Juppiter, Iuno, Venus, Vrania, Diana, & Apollo: alij ignei & aerei, ut Minerua, alij cęlestes, Sol, Luna, duodecim signa Zodiaci, alij terreni, ut Cebas, Pan, alij marini Amphitrites, Nereus, & pro accommodatis malis, uel bonis hos Deos orabant: pium institutum, & Christicolis semper amplectendum, quod admirabatur doctissimus, & admodum Reuerendus Vincentius Zimmarellus, & dicebat Hippocratem fuisse Naturæ genium, & Christianæ Theologiæ. Sed his omissis notandum est in dictis Hippocr. pro exercenda praxi esse medicamentum in alimento, quia uictus ratio bene instituta sola potest soluere morbos, & diuturnos: medicinalis ex Celso omnibus conducit lib. de prisc. med. prima ars medica inuenta circa uictus rationem, & naturalis est, nam si quis ægrotabit, statim mutatur uictus ratio, tanquam præcipua curandi norma, & dicebat Auicen.* vbi ignoras morbum, subtilia regimen, *iure meritò Hippocr. primas partes inter Medicos tenens, tam exactè proponit in hoc libello, diætam in 6. rebus non naturalibus, aere, cibo & potu, & 1. Aphor. & lib. de Natura uict. & alibi.*

Dij alij terrei, aquei, aerei, ignei.

Zimarellus.

Diæta omnibus præfertur.

De

De Insomnijs à terrenis varias læsiones variarum partium significantibus, & de curatione & de præseruatione.

TEXT. HIPPOCR. XII.

Caeterum & hæc sanitatem præsignant, nimirum ea, quæ in terra fiunt, acutè videre, & securè iter facere, & securè ac citra timorem currere, & videre terram leuem, ac probè cultam, & arbores florentes, fructuosasque, ac satiuas, & flumina solito more fluentia, & aqua pura, neque copiosiore, neque pauciore quam conueniens est: item fontes & puteos eodem modo. Hæc omnia sic visa sanitatem homini designant, & corpus rectè habere, omnesque circuitus, & exhibitiones ciborum, ac secretiones integras esse. Si verò quid his contrarium videatur, detrimentum aliquod in corpore significat. Et visus quidem, ac auditus læsus, morbum circa caput significat; itaque matutinis deambulationibus, itemque à cęna pluribus vtendum est ad superiorem diætam. Cruribus verò læsis, vomitibus reuellendum est, & lucta ampliore vtendum, vltra superiorem diætam. Terra autem aspera carnem non puram significat; quare deambulationibus ab exercitijs pluribus vtendum est, arborum verò sterilitas, seminis humani corruptionem indicat.

Essentia insomnij à terrenis.

Præsagia.

Cura.

H COM-

TEXT. HIPPOCR. XII.

Insomnia à terrestribus sanitatē præsentē, vel amissam attestantia, & curationem, tutelam.

De sensibus oib. naturaliter operantibus, vel præter naturam.

Tribus modis operatur imaginatio.

Visio quot modis fit.

Radij duo spiritus visiui, & speciei.

Quō alii sensus celebrentur.

Explicatis aereis, & aqueis insomnijs attestantibus sanitatem præsentem, vel amißam, & curationem, & præseruationem; nunc de terrestribus Hippocr. sermonem facit, dum elicit phantasmata mouentia insomnia à pluribus, à rustibus, arboribus, granis, à fluminibus, puteis, atque etiam ex arte factis, domibus, machinis, & ex ijs quæ à corpore nostro: & notatu digna admonet: Si hæc bona fuerint, & iucunda, & solito more sanitatem designant, & corpus rectè habere, omnesque circuitus, & exhibitiones ciborum, et secretiones integras esse. Nam si somniat acutè videre, sensus visus valet etiam in somno absque externo obiecto, sed solum vapore aliquo ex Gal. oblato lucido crystallino, vel specie coloris delata ab imaginatrice, & sensu communi ad eum, sic alia sensoria particularia operantur: spiritus visorius lucidus, purus & copiosus; oculus omni ex parte nitidus, & præsertim crystallinus, nullo vitio detentus aqueus, vitreus, tunicæ omnes adnata, cornea, vuea, aretina etiam puræ sint & accommodæ, pariter etiam nerui optici, vt his debita temperie, & conformatione ornatis exquisitè viæ sint apertæ à sensu communi & imaginatiua ad crystallinum, & ab hoc ad illa, vt nullus vapor melancholicus, spiritus animales, & vitales obscuret, nullumque impedimentum obstet visoriis radiis speciei, & spiritus visiui.

Videre terram leuem, *quæ carni respondet, tanquam centro: intelligendum est etiam de actionibus aliorum sensuum, si quis acutè audiat, gustet, olfaciat, tactu percipiat, & intus imaginetur, facilè, acutè, & exquisitè discurrat,*

scurrat, apprehēdat, ratiocinetur. ita in specie quodlibet insomnium prænuntiat carnem esse optimi temperamenti, optimè concoquere, attrahere, retinere, ac expellere superuacanea, quemadmodum terra culta facit, arbores florentes: fructuosæ & satiuæ, spermatica etiam vasa ad generationem, & procreationem attinentia, optimè se habere significant, videlicet semen fæcundum esse, testes vasa spermatica, penem, vterum, & reliqua; sicuti flumina solito more fluentia, notant motum sanguinis naturalem, chyli, & aliorum excrementorum ad loca decentia, & naturæ destinata. aqua pura, puritatem humorum: neque copiosiorem, neque pauciorem. *Nunc explanat molem, et congeriem humorum determinatam solitis particulis alendis,* natura enim non deficit in necessariis, neque superabundat. *fontes, & putei cordi, & epati, & vesicæ vrinariæ correspondent: vnum, idest cor, est fons primo vniuersaliter sanguinis, non solum arteriosi, sed alentis, qui non aleret, nisi spiritu vitali, & influente calore gauderet, & originem duxisset, & perfectionem à dextro uentriculo cordis: hoc pacto Arist. inquit, Cor esse fontem sanguinis, & venarum: patens est epar, qui sanguinem alentem primo materialiter gignit, & primum rudimentum præbet, tanquam minister delegatus inseruiens cordi primo deleganti, regi, imperanti. Hinc partes arteriis orbatæ non aluntur, vita vegetali priuantur, non ita secus sensu & motu priuatæ uiuunt, nam sensus & motus egent maiori, puriorique nutrimento. Sedes una animæ unius, triplicis facultatis; uegetatiuæ sensitiua rationalis, est uniuersalis & princeps Cor, ut docet Arist. Hippocr. Alex. Aphrod. necnon etiam Gal. cum Auic. libello de uirtutibus Cordis. Particulares uerò partes delegatæ, & subministrantes secunda manatione per manifesta ministeria, inseruientia cordi, Principi & Regi:*

Quæ adnotent fæcunditatem.

Quæ adnotent motum naturalem humorum, spirituum.

Motus humorum qui, & quales.

Cor fons caloris & sanguinis.

De principatu cordis conciliatio autorum.

ex Platone atque ex Galeno tres sunt: Cerebrum, in quo immediatè animalis facultas manifestè exercet suas operationes. Epar, in quo vegetatiua anima, & testes, in quibus generatiua. At in corde primo originaliter hæ omnes vniuersales mediatè eminentissimè, & prima manatione, id enim primum viuens, & vltimum moriens. *Idque caloris vniuersalis opificis omnium actionum vegetabilium, & animalium princeps. Idque figura, robore, sede, loco, positione, colore, motu perenni, euidenti, omnia præcellit, & vnum animal in vniuersali dignitate, excellentia, opere naturali communi, & accommodato singulis partibus vnitatem animalis donat. Idque primum genitum, & primum generatiuum in homine iam facto, sicuti semen primũ in fiendo, in generatione, & formatione hominis est potentia ad omnia membra formanda, & primo ad cor est, cuius vi epar sanguificat, cuius vi testes prolificant, cuius vi cerebrum mouet, sentit, & intelligit, cuius vi vita naturalis, vegetatiua, & calor in vniuerso refulget, non è contra: ab ipso arteriæ, venæ, & nerui primo & necessario tanquã à loco primo originem habent, & per hæc distribuitur, ac per canales triplex virtus animæ vegetatiuæ, sensitiuæ, & rationalis. Hæc omnia sic uisa pura & naturæ congrua, sanitatem designant, rectè habere, idest solidorum in principijs formaliter, cerebro, corde, epate, & testibus, omnesq; circuitus, i. spirituum, & exhibitiones ciborum, & secretiones integras esse, idest excrementorum, & humorum, in quibus secundis sanitas materialiter, & affectiuè residet, uigetque. Quid eget corpus, ut sanum sit, nisi, ut solidæ partes rectè se habeant temperie, compositione, & unitate? nisi ut spiritus, qui sunt in continuo motu, & corpora impetentia, & motiua possideant omnes circuitus naturales Euripos intus, & extra, sursum & deorsum? atque humo-*

De fluxu, & refluxu in humano corpore.

res obtineant exhibitiones, & uias ad uniuersum corpus integras fluxu, & refluxu naturali, & excretiones excrementorum prima, secunda & tertia die, primæ, secundæ & tertiæ coctionis? adeò ut uentriculus primò accipiat alimenta, conficiat optimum chylum, & secernat inutiles partes, tenues, idest pituitam, crassas, idest feces alui; 2. Hepar ex chylo sanguinem materialiter conficiat, segreget biliosa excrementa ad uesicam felleam, melancholica ad lienem, & in gibba secernat aquosam urinam, & crassum eius sedimentum. Tertia uniuersum corpus nutriat se, & fuliginosa, & sordida segregat? Si verò quid his contrarium. *significat nunc Hippocr. contrariam doctrinam, & contraria remedia. dicit Gal. quēdam somniaße habere crus lapideum, & statim crus paralysi detentum fuit, ita de alijs.*

Prima die quę facit natura.

Secunda die quæ.

Tertia die quæ.

Verum antequam ad remediorum materias genericè, & specificè indicatas, à genericis, & specificis indicantibus superius recitatis, atque earum recta administratione, quantitate, qualitate, tempore, loco deueniat, dicendum, quæ necessitas & dependentia est inter signa, & causas, inter somnia, & res somnio præcognitas, quid interest inter acutè uidere, & sanitatem oculorum, facilis sanè natura per somnia res reales, & physicas actiones signat; alia verò allegorica sunt, ut uidere terram cultam, arbores florentes, sed ista allegorica quadam necessitate, & connexione humani corporis membris arrident, & similitudinem habent; testes fæcundi, fæcundoque semine præditi correspondent arboribus, fructibus satiuis et florentibus: ab humoribus quidem, corporibus flaccidis, facilè simulacra fluminum eleuantur, & imaginatrici offeruntur. Et hæc documenta accommodantur, & naturaliter, & allegorice spiritibus, humoribus & partibus solidis, & à similibus similia somnia facilè generantur: similitudo conuenit tum in substantia, aut quantitate,

Cura ab indicantibus.

Dubitatio d' signis & causis depēdentia.

Solutio.

Somnia naturalia allegorica ad spiritus, humores, & solida.

Solutio.

Cura.

titate, qualitate, colore, motu, situ, figura, & alijs. His insomniis præcogniti s curationem adhibere oportet, ut mala denunciata tollantur. Vnde *inquit Hippocr.* matutinis deambulationibus itemque à cęna pluribus vtendum est ad superiorem diætam. *Dicebat Arist. 5. probl.* 1. ambulationes prolixas per loca plana laboriosiores esse, quam per incõpta, & breuiores, & leuiores, quia membra tum à multo, tum à vehementi motu fatigantur. Est autem vehemẽs, qui per loca inæqualia peragitur, multus verò, qui continens vnusque est. In plantis similitudo paritas, longitudo laborem facit: in incomptis inæqualitas requiem præstat; *matutinæ deambulationes sunt salubriores, tum quia aer purior est, tum quia corpus magis excrementis liberum; ambulationes igitur matutinæ præstant Sole illustrante aerem.* Cruribus verò læsis, vomitibus reuellendum est, & lucta ampliore vtendum: *Reuulsio quidem per contraria celebratur, vomitus per superiora educit excrementa, quæ crura infestabant: lucta etiam brachia, & manus, ac supernas partes exercet.* Quando terra aspera somniatur, caro impura deambulationibus, & exercitijs pluribus est purificanda, *cum diæta superiori (ut semper contraria contrariis curentur) substantia, quantitate, qualitate, loco, & tempore. Morbis genericis capitis, & sensoriis conferunt matutinæ ambulationes; aer tunc temporis est sincerus, purus, lucidus, cerebro, & animalibus actionibus accommedatus. Præterea sicuti per somnium excrementa fuere attracta, & per frigiditatem noctis, ita per matutinum aerem, & tepidum calorem Solis blandi auocantur ad extra, & dissipantur: sensoria placidè curanda, atque medicanda, potentiora remedia non proponit Hippocr. sed æqualia morbis; imò ex Arist. in probl.* matutina hora surgere confert ad studium

Deambulatio matutina quæ, quomodo vtilis.
5. probl. 1.

Quæ sit ambulatio vehemens.
Quæ sit multa.

Matutina ambulatio salubrior.

Not.
Reuulsio quæ: vomitus qui.

Lucta quæ.

Cura carnis impuræ.
Quæ remedia competant capitis vitiis, & sensoriis.

Cur aer matutinus salubrior.

dium philosophiæ, *& Astrologi affirmant Iouem & Mercurium tunc temporis maxime dominari & 5. probl. 7.* melius fatigationes cessant aquæ oleo permixtæ inunctione, quia oleum magis subit & humectat, & emollit duritiem, & siccitatem fatigatorum, *crassis corporibus euomendum, quia humores ab ossibus, & carnibus reuelluntur. Sequitur Hippocr. aliud documentum tradens & dicens:* à cęna pluribus ambulationibus vtendum esse. *Cur? an quia à cœna & vespertinis horis fit retractio sanguinis, caloris, & spirituum, vnde somnus oritur, & cerebrum, & cor grauantur vaporibus: cum erit læsus visus, aut auditus, præcipuè vtatur pluribus deambulationibus, ut inhibeantur uapores à cœna ad caput, quinimò dissipentur, & reuellantur ad cutim. Cur dicit, superior diæta instituta Text. 11. ad dies quinque est obseruanda? an quia cum mala oriantur a superabundantia excrementorum, & uaporum, subtractione, & pauco cibo egemus, quæ adnotant quantitatem, & qualitatem, sed indeterminatam, enumerat causas genericas, non specificas læsiones,* (contrariorum quidem eadem est disciplina: *declarata curatione affectuum capitis, proponit noxas pedum & coxarum, atque earum medelã (extrema & maximè distantia sunt pedes & cerebrum.) Gal. 13. meth. & 1. ad Glaucon. etiã explicat documenta reuellendi, inquiens,* intus, extra, deorsum, sursum, ante, retro, à dextro ad sinistrum. *Lucta quidem amplior, quàm consueto more exercet brachia & sursum eleuat sanguinem, spiritus, & humores offendẽtes crura, os sacrum, uesicam & infernas partes. iubet superiorem diætam obseruare minimi alimenti, & exigui cibi;* somniare terram asperam videre, vel habitare, vel iter facere per eam, ostendit carnem non puram, *quare postquam se exercuerit, pluries & ualidè ambulare, id est*

5. probl. 67.

Defatigatio, & lassitudo quõ curatur

Cur à cęna ambulandum, & quãdo, & quomodo.

De diæta. Dubitatio. Solutio.

Lucta qnib. utilis.

Cura alterius insomnij impuri.

est leniter incedere conuenit.

Qnantitas modus exercitij.

Declarat per hæc, exercitij quantitatem & modum, quæ excrementa cutis, uel carnis dissoluunt, & colliquant, ualidè, & pluries ad circumferentiam tanquam à centro. Alias etiam affectiones partium spermaticarum recitat, inquiens, sterilitas arborum, tunc præsignat seminis corruptionem, *& est insomnium allegoricum. At quis dubitabit, cur Hippocr. ijs malis curationem non instituit? Respondendum, elicere medelam à curatione partium infernarum supra enarrata, & aphoristicè, & breuiter, rara, non autem uulgaria, uel communia perpendit. Elegans quidem Medicus, & artificiosissimus somniorum coniectator, non solum somnia, & eorum proprietates, & signaturas contemplatur, sed uitam somniantis, temperaturam, ætatem, sexum, nec non sex res non naturales necessario, & non necessario occurrentes comparat, & hæc cuncta notitiam somnij præmonstrant, & passiones corporis.* Somnium solum non semper fidum; sed modò fortuitum, modò etiam impeditum à nouo motu, & rerum successione,

Vitia partium spermaticarum, per aliud insomnium.

Medicus quibus esse debet, qui curat insomnia, & quę expendere debeat somnij, & somniãtis naturam.

Not. de somnio.

ut ait Aristotelis libello de iuuent. & senect.
&
5. de generat. animal. 3.

✠

De

De Insomnijs à plantis significantibus vel defectum, vel additionem morbosam capillorum, & de eorum curatione per contraria.

TEXT. HIPPOCR. XIII.

SI igitur folia arboribus decidant, ab humidis, ac frigidis corpus læditur: si verò floridæ sint arbores, verum infructuosæ, à calidis & siccis; hæc igitur per diætam frigefacere, ac humectare oportet, illa verò siccare & calefacere. flumina autem nō solito more fluentia sanguinis circuitū significant, & auctiora quidem fluentia, excessum, imminuta verò, defectum. Oportet itaque per diætam hunc quidem augere, illum verò imminuere. Non pura autem fluentia, turbationē significant, quæ à cursibus circularibus, & deambulationibus, corpore per densum spiritum moto, purgatur. Fontes verò, & putei commoti conspecti, flatus circa vesicam significant, quos medicamentis vrinam cientibus expurgare oportet. Mare perturbatum, ventris morbum significat, sed oportet aluum mouentibus, leuibusque & mollibus expurgare.

COMMENTARIVM XIII.

Insomnia à plãtis significantia defectũ, l. additionẽ. Plantæ viridantes.

Hippocrates multa allegorica insomnia, eleuata tamen à rebus naturalibus applicat humano corpori, vt ex his sanitatem eius, & ægritudines manifestet, & solummodò rara et notatu digna, sed fida & certa, & naturalia memoriæ relinquit. Plantæ ex Arist. quæ humido radicali copioso ac lento abundant, & terrea parte refertæ sunt, hieme difficulter folia amittunt, & tardè, vt lauri, quercus, oliuæ, cupressi, larices, pinus, & aliæ, quæ pingui tæda & oleosa substantia excellunt, contrà quæ pauco humido & aqueo existunt, breuiori vita gaudent. deficiente alimento & calore autumno folia perdunt: inopia humoris calidi, qualis præcipuè est humor pinguis. plantæ quæ pinguescunt, fronde perpetuo virent, & hiberno tempore: ita homines postquam coire inceperunt, & præsertim propensiores & salaces caluescunt, vsus rei Venereæ refrigerat, & est secretio caloris sinceri, & naturalis, & præsertim, si cerebrum natura parum calidum sit, mulieres verò, puerorum naturam imitantur, non caluescunt, necnon etiam spadones. Caluis nunquam redeunt pili, plantæ verò reuirescunt, quoniam anni tempora illis mutationem corporis magis afferunt: hominibus verò per ætatem, quæ non redit, nec permutatur, ideo affectus iterũ nõ recidũt. Præterea ut dicit, vbi parũ caloris est plusq; humoris, calor proprius nequit concoquere, atque ita humor putrescit à calore, sed non suo natiuo. Oritur caluitium præter naturam uocatum defluuium capillorum, sicuti caluitium naturale, ob ariditatem, & defectum humoris pinguis, & calidi,

Vitia in defectu. De caluitio.

De caluitio dupli-ci naturali & præ-ter naturam.

calidi, ita præter naturam ab humore acri & mordaci radicem pilorum corrodente. facilius in sincipite oritur, quia ea pars est siccior omnibus partibus capitis. Ophiasis & Alopecia, dum partem determinatam capitis occupat, dicitur: dum uerò uniuersum, appellatur defluuium, atque ob corruptam materiam, bilem, pituitam salsam, atram bilem, ichores prauos; uel calore, uel maligna uirulenta qualitate præditos, gallica, uel pestilentiali; huiuscemodi etiam gignuntur, uel ab externis causis, aere, medicamentis, lotione, uel internis, uitio cerebri, epatis, uentriculi, renum, lienis, uteri. Requiritur ad generationem pili profecto calor ualidus ad expellendum, & potius siccus, quam humidus, & abundantia excrementi crassi, terrei, & fuliginosi: hac de causa animalia calida & sicca, lepores pilis abundant. Locus debet esse accommodatus, poris refertus, cutis non sicca, non humida, non frigida, non calida, sed temperata habens poros non laxos, neque strictos, non admodum tenuis, nec crassa, unde alij pilis laxis ornantur, alij duris, alij crispis. Quando itaque adest error, ac defectus in cute, uel calore, uel materia fit defluuium capillorum. Auenzoar appellat Ophiasin, quia serpentes patiuntur hanc secundum longitudinem ob tenuitatem materiæ: Alopeciam uerò uocat, quia Vulpis & in rotundam figuram patitur. Caluitium naturale seu ortus tardus capillorum, defluuium, ophiasis, alopecia, hæc omnia uocabula differunt secundum magis & minus; at genericè dicitur defectus capillorum, & amplectitur has omnes species. Hæc Arist. 4. probl. 19. est affectio, qua cutis capitis glabra euadit, *uel priuatio capillorum cutis capitis propter frustrationem generationis eorum. Concurrit ad ortum capillorum cutis, calor ualidus, alimentum pingue, siue excrementum terreum fuliginosum, immediatè frustratur generatrix læsa facultate ob*

13. method. 14. 1. de cōp. loc. 2.

De ophiasi, Alopecia.

Ortus pilorum forma, efficiens, materia, finis.

Causæ defectus pilorum.

Ophiasis. Alopecia.

4. probl. 19. Definitio Aristot. Defectus capillorum.

intemperiem siccam cutis, & aridam calidamque poros astringentem, & adurentem excrementa, aut nimis frigidam & humidam laxantem poros, condensantem, & astringentem calorem. Non loquitur Hippocr. de aliis speciebus caluitii, & defluuii capillorum ab acri materia, seu defectu alimenti pinguis. Si verò de floridis arboribus somniet, verum infructuosis, corpus à calidis & siccis læditur, & præsertim testes, qui secunda manatione cordis ministri, delegati, specificè dicati sunt generatrici. Etenim paucum semen à siccitate, & nimis acre & mordax quasi salsugo gignitur. Sal quidem concitat ad Venerem, quæ orta ex maris spuma fertur. Sed quis dubitabit; multa sunt animalia salacia, infæcunda, aut parum fæcunda. Viri etiam, & mulieres calidæ, & siccæ salaces, infæcundæ tamen.

Insomnium ad sterilitatem attinẽs. Causæ sterilitatis. Dubitatio de salacitate.

Solutio.

Respondendum, naturaliter debere esse præditas calido, & humido temperamento vteri, & testium, atque semine, vt temperaturæ humanæ conuenit, vti statuit Aristot. 10. de histor. animal. & libello de iuuentute. Multa memoria digna narrat Hippocr. & utilia in praxi. Nam curatur hæc affectio per contraria, & primò per diætam, quæ semen augeat, & gignat, nam cum copiosum & optimum est alimentum, optimum etiam & copiosum semen paratur materialiter in uniuerso corpore, naturaliter verò in corde, formaliter secunda manatione & specificè secundum esse fæcundum, & prolificum in testibus, ornatis propria substantia alta, & ui semificandi prolificè, specificè & indiuidualiter, arteriis, uenis, & neruis, per quæ uasa communicantibus hepati, cordi, & cerebro determinatumque calorem influentem possidentibus. Adeo ut ex his principiis unum principium minimum mole, sed ui maximum semen, quippe euadat in

10. de hist. ani. lib. de iuuentute. Cura defluuii capillorum, & sterilitatis. Indicationes, indicantia, indicata. De semine conciliatio quomodo in corde, & in testibus generetur. Semen quõ & quã do generetur. Semen quomodo fæcundum.

genera

genere primũgenitum, et generatiuũ primũ ad oĩa membra, in hoĩe genito cor primũgenitũ, et generatiuũ ad cetera ac respondeat elemẽto ſtellarũ. Diæta igitur ſemen gignens, & augens dẽt calefacere, & humectare, veluti vina dulcia, oua recentia, fructus pineorum, fiſticorum, caro phaſiani, perdicis, caponis, columbarum, turdorum, caro vitulina, hædina, ſuilla, teſtes gallorum, ſuis, hædi, agni & ſimilium.

vtilia ad generationem ſeminis. conciliatio.

Flumina aũt non ſolito more fluentia, dum ſomniabit, ſignificat motum & circuitum ſanguinis, pariter non conſueto more & naturaliter per venas fluere. Peccabit igitur ſanguis motu, loco, & ſitu. ſi autem imaginatur videre flumina nimis aucta, excitatum eſt hoc phantaſma ab exceſſu, & copia ſanguinis & eius motu, ideò tunc prænunciat exceßum & vbertatem ſanguinis & motum ſi imminuta defectum eius. Et ex his dictis documenta & phyſiologica, et practica nobis præbet Hippocrates, & primò cum ſanguis ſit neceßarius abſolutè, et ſimpliciter ad eße viuentis animalis, quo viuit, & nutritur, & hic à cibo & potu regeneretur, oportebit motum inordinatum ſanguinis compeſcere, copiam minuere, & defectum augere, vt hoc loco practicum negotium ſit, de plenitudine ægre & plethora, atque etiam de macie. Motus & fluxus inordinatus adimitur frictionibus, ligaturis, & cucurbitulis, & alijs reuulſionibus intercipientibus, et deriuantibus. tenui victu incraſſante, vti ptiſana hordeacea cum lente, & aceto, vino oligophoro aſtringente, aut ex granatis. Imminuitur copia, pauca quantitate ciborum, & minimi alimenti, vt ſi potetur aqua hordei cum aceto, comedatur panis furfuraceus, aut ex milio & panico commixtus. aqua roſacea vel decocto citoneorum, meſpilorum. è contra defectus pleniori victu augetur ſenſim & ſenſim, nam ſicuti in tenui victu ægri delinquunt, ita in paulo pleniori vigent, ad extremum

Inſomnium a fluminũ motibus vitia fluxionũ ſãguinis denotantia.

Aut defectum.

Natura ſanguinis.

Indicationes ĩ motu præter naturam ſanguinis & humorum.

Maciei & detractionis indicationes.

tremum autem ducere periculosum. Doctissimus Hippocr. admirabilia semper proferens; & summa cum breuitate in præsenti contextu ante oculos nobis collocat, omnes affectus, & passiones sanguinis primò & reliquorum etiam humorum. Quoad motum & quantitatem, et inopiam & per insomnia proportionata ijs vitijs, eleuataque ab his nos deducit in notitiam, & medelam eorum; deinde ad colores, & qualitates vitiatas transit, & ad somnia, & ad insomnia eas significantia, & inquit; si somniat de colore vitiato, turbato, impuro, non autem rubro claro, & purpureo, erit turbatio in sanguine, & ab ipsa turbatione producit phantasma, quod mouet insomnium simile, sanguis verò uarijs de causis turbatur, & deperdit proprium colorem, & temperamentum primum, et secundum, ut quando perturbatur à bile, oritur uerbi gratia icteritia flaua per uniuersum, si à melancholia, icteritia nigra, dum ad cutim diffunditur, aut scabies, lepra, cancer, si uerò residet in uenis altius, uel prope cor, uel cerebrum, uel hepar excitatur phrenitis, melancholia, ira, febris tertiana, quartana, et aliæ affectiones biliosæ, aut melancholicæ cum febre uel sine febre. Dum uerò permutatur à pituita, ab ichoribus, a sero aquoso Hydrops oritur, cachexia, malus habitus, oedema, catarrhus, quotidiana febris intermittens, uel continua, uomitus, obliuio, apoplexia, epilepsia, carus, paralysis et aliæ affectiones pituitosæ. fit etiam impurus ab alienis causis, ab aere impuro, vapore tetro, cibis, & potibus impuris & insuetis humano corpori, nimis biliosis, aut pituitosis, aut melancholicis. Ab ijsdem causis fœdatur spiritus animalis, vitalis & naturalis, inquinantur membra omnia, & variæ affectiones morbosæ oriuntur spiritales, vel humorales, vel membrorum. Sed paucis verbis voluit Hippoc. hæc omnia comprehendere, dignoscere, & methodum medendi tradere, vt

Vitia apud qualitates, coloris Zabile, della vitia à bile.

Vitia icterica.

Quot modis sanguis fit impurus.

Vitia Colorum à pituità.

Vitia à melancolia

Colorum vitia spiritus.

Artimed. lib. 5. c. 6

vide-

videbitis. Artemidorus lib. 5. cap. 6. inquit, Vir, somniauit Xanthum euasisse sanguinem, is euomuit decem annis sanguinem, & saluatus fuit. *cap.* 40. visum se exire è cortice, sicut serpentes, & tunc celerem mortem denunciauit, nam anima è corpore separata, mortem indicat. Alius somniauit se factum esse baculum, & paralyticus euasit, nam pedes sunt bases totius corporis. Alius somniauit se ab Æsculapio vulneratum fuisse, & paulò post Apostema ei natum fuit, quod ferro incisum salutem induxit, & hoc erat vulnus inflictum ab Æsculapio. Alius somniauit petere a Ioue *c.* 71. sanitatem, Iuppiter vocem non dedit, neque responsum, sed solum caput declinauit, & somnians mortuus est, è contra petens à Venere, contingit. Alter somniauit, se loqui & bonum fuit, proprium enim est homini loqui, *& hæ oriuntur à turbatione spirituum naturaliū humorumque. His omnibus turbationibus, & coloribus prauis sanguinis medelam instituit Hippocr. & regulas medendi nobis tradit inquiens:* (à cursibus circularibus, & deambulationibus corpore per densum spiritū moto purgatur) *auxilia expurgandi turbationem spirituum, humorum, membrorum, & sanguinis mouet, cursibus circularibus, qui velociter à centro ad circumferentiam vbique, & per omnia loca & perfectè ab eodem ad idem, & iterum ab eodem ad idem ducunt turbationem, & dissipant per cutaneos potos, turbines & inquinamenta; & aer purus introducatur & lucidus; ventilatione .n. depurantur humores, & à labe purificantur. tali modo vinum corruptum, et turbatum solet circulariter agitari, vt fex illa subuersa educatur, & extranea qualitas euolet.*

Supra de circularibus satis diximus 2. post cursum non licet subitò quiescere, sed sensim ad consueta redire, admonet

Varia insomnia recitata.

Cap. 40.

Cap. 51.

Cap. 61.

Cap. 71.

Cura repletionis & defectus sanguinis, turbationis spirituum, humorum & membrorum.

Cursus circulares.

Quomodo aer purificet totū corpus.

Modus cursus.

net Hippocr. adhibendas esse deambulationes; quæ leuiora sunt exercitia & motiones (corpore per densum spiritũ moto) *id est per anhelitum velocem, & frequentem expirationem, quæ expurgat fuliginosa excrementa, biliosa, vel melancholica, vel pituitosa, adhærentia sanguini, & attrahẽtia nouum aerem, purum & lucidum, per respirationem purificãtem cor, & sanguinem, & omnes spiritus, omnes humores, & omnia membra; poros ingreditur aer, & fuligines expelluntur, ventilatur totum corpus: quod sanũ est & spiratius & diffabile naturaliter (teste Galeno & Arist.)* Fontes & putei commoti, conspecti per somnia) *allegoricè & physicè vesicam aquosam serositate plenã signant & flatus in urina agitantes ipsam, sicuti flatus, & uenti flumina dimouent. Nunc ad particulares affectiones deuenit Hippocr. Oportet igitur iubente ipso dissipare flatus calidis, & siccis, & ienuium partium, his dissolutis, & urina excreta, sedatur, procellaque, & æstus mitescit atque tranquillatur.* Somnium de mari pertũrbato, ventris morbum significat, *unde fortasse eorum opinio nascitur, putantium, uentrem esse mare seu puteum, seu flumina, à quibus urina per uesicam excolatur. Alij putant uesicam esse puteum, uentrem eße mare, & hæc membra his correspondere, & præsertim ad mare omnibus fluminibus cõfluentibus, ad uentrem uero & uentriculum nostrũ potus, & cibi demandantur omnes. In mari gignuntur uaria & multiplicia animalia, unde Proteus appellatur; In uentriculo etiam uaria, & multiplices uermes (ex Aristot. & Gal. sententia) licet alij aliter sentiant, nempe primo in intestinis nasci, deinde reptare ad uentriculum. Aliquando tamen & materialiter, & effectiuè & localiter in morboso stomacho gignuntur, quoniam calor stomachi aptus est, & locus cauitate & materia pituitosa facilè ibi coaceruata*

putre-

Quomodo inspiratio & expiratio purificent totum corpus spiritus, humores, solida. cor.

Insomnia a fontibus significantia aquositatem & flatus.

Cura.
Indicationes aquositatis & flatus.

Insomniũ de Mari turbato; & de urinæ affectionibus, & uentriculi.

De vermibus.
Dubitatio de loco
Solutio.
Generatio vermiũ

putrescit et corrumpitur, et in vermiculares formas transmutatur, ait n. Arist. 4. meteor. ex materia putrescente aliquando generatur animal, dum caliditas, quæ segregatur adhuc naturalis existens cõgregat segregata. In mari oriuntur fluctus, procellæ, tempestates, inundationes, pariter in ventre singultus, vomitus, colera, lienteria, diarrhæa. Morbum ventris significat potius repletio & cacochymia quæ ipsum turbat. Ideo Hippocr. methodum curandi has omnes affectiones ventris manifestatas per insomnia è mari perturbato, dicit egere aluum mouentibus, vt educantur superuacanea excrementa, tenuia, aquosa, vel biliosa, benigna vel maligna. Debentque esse hæc lenientia leuia, & mollia, facilia, vomitoria, vel deiectoria, vti aqua mulsa, ius tepidum cum oleo, aqua tepida cum oleo & aceto, vel syrupus rosatus solutiuus, mel rosatum solutiuum, manna, cassia, electuarium lenitiuum, serum caprinum, lac asinæ: nam cum uentriculus lęsus est, non oportet uti ualidis, & acribus medicamentis, ne succi attrahantur ad locum affectum, sed tantummodo excorporantibus fęces alui, & excrementa in primis uijs stagnantia. Quæ præcepta statuit etiam Gal. 8. de comp. med. loc. mouere aluum distinguitur à medicari, ut habetur 1. aphor. 22. medicari atque mouere non cruda, & quæ iudicantur & iudicata sunt integrè, non mouere oportet. *i. non decet irritare, aluum lenire leuibus. i. ui imbecillis, & substantia leui non crassæ & terrea, leuibus etiam pondere, mollibus. i. quæ facilè cedunt secundum superficiem*: molle *dicitur testimonio Arist. 4. meteor.* 1. illud quod cedit in se ipsum, non circum obsistendo: durũ verò, quod non. n. cedit; aqua verò non appellatur mollis, non cedit compressione superficies in profundum, sed circum obsistit; & quoniam ad sensum iudicamus omnia sensibilia, palam

4. Meteor.

Cura affectionum ventriculi, vomitus nausęę, colerę, singultus & similium?

Not.

8. de compos. loc.

1. aphor. 22.

Quomodo mouere aluum distinguatur à medicari.

4. Meteor. 1. c. 5. 2. molle quid sit. Durum quid sit.

Sensus iudicat omnia sensibilia.

quod & durum, & molle, & simpliciter ad Tactum determinauimus tanquã medietate vtentes Tactu; quapropter excedens quidem ipsum durum, deficiens autem molle esse dicimus.) *Modus igitur medicamenti administrandi indicatur à passione affectus & succi, si materia verò facilè cedit, medicamentum molle exhibendum, talis est materia quæ in præsentia turbationem in stomacho facit, nauseam, resupinationem, fluctuationem, coleram, singultum, vomitum, in capacitate ventriculi neque admodum adhærente viscida, atque crassa, sed tenui, veluti bilis, vel aquosa, & rorida humiditas. Euacuatio per aluum indicatur potissimum à materia existente, & præsente in ventre, aut intestinis, vergenteque, & inclinante naturaliter ad infra, & deorsum, aut gratia reuulsionis, si ad supra violenter & præter naturam moueretur. Quando dicit Hippocr. medicamentum debere esse leue, singulari methodo iubet, quid agendum, indicatum à præsente indicante leui, (quia aut est vehemens, aut mediocre, aut minimũ.) imbecillum medicamentum euacuans esse debet; dum materia agit leuiter, & leuem noxam parit, pondere etiam & minima dosi exhibendum pariter recta administratione, quantitatis indicata à quantitate extensiua, vel intensiua indicantis.*

Modus agendi indicatur à passione.

Purgans per aluũ à quo indicatur.

Quid agendis à quo indicatur.

Quantitas.

Non breues debent esse etiam ambulationes, quia docente Aristot 5. probl. 12. breues deambulationes defatigationem mouere amplius, frequenter enim de contrario in contrarium mutari laboriosum: neutri nãque assuescere sinit; *neque sibi contradicit Aristot. cum* 1. *probl.* 1. *contrarium statuat, scilicet breues ambulationes esse leuiores, nam tunc ad prolixas, & per loca plana in respectu loquitur, suprà verò absolutè, & problemate* 14. sedile ventrem opimat, reliquum corpus extenuat, motio-

5. problem. 12. de ambulationibus

Dubitatio. 1. Probl. 1. Solutio.

motiones verò & perfrictiones ventrem extenuant, reliquum corpus implent, & augent. *Sed de his abunde locutus est Gal. 2. de tuend. sanit. & 3. & hæc satis.* 2 & 3. de tuenda.

De Insomnijs bonis & malis à terra, terrenis desumptis significantibus sanitatem aut morbum, & de curatione, & de præsidijs: in carne solidisque partibus.

TEXT. HIPPOCR. XIV.

TErram, aut domum moueri videre, sano quidem viro debilitatem significat: ægrotanti verò sanitatem, & ex præsenti statu transmotionem, sano itaque transmutare diætam conducit. Itaque primò vomat, & rursus, vbi paulatim cibi assumpsit: à præsenti enim diæta totum corpus mouetur, debili verò eadem diæta vti conducit, nam corpus ex præsenti statu transit; Terram ab aqua calida, aut mari inundatam videre, morbũ significat, humiditate multa in corpore existente. Verum oportet vomitibus, & prandij detractione & laboribus, & sicco victu vti, deinde sensim adijciendo ac modico cibo renutrire.

COMMENTARIVM XIV.

CVM somnia varia, bona, & mala, varium affectum sanum, vel morbosum significent in humano corpore salubri, insalubri, & neutro, pro varietate causarum, ne error ac deceptio contingat, admonet Hippocr. in præsenti textu somnia à terra, & à terrenis exci- Insomnia à terrenis significantia.

Affectiones carnis solidarum partium

tata varias causas habere, & varium effectum producere, & ab aqueis, arboribus, mari & fluminibus ad terram & terræ passiones orationem dirigit, & practica documenta obseruanda decernit per somnia primo præsagientia sanitatem, vel morbum; terra correspondet carni: proprium terræ est esse centrum mundi firmum, stabile, & quiescens: proprium carnis cum ossibus firmare, erigere, & concinnare totum corpus. Ideo cum somniet id, quod naturaliter debet quiescere, moueri, necessariò præter naturam id est, è contra si quod quiescere debet, quiescit, quod moueri, mouetur, quod lucidum lucet, quod opacum, opacat: caro itaque si mouebitur, & sano quidem debilitatem significat & saltem neutralitatem id est naturaliter quiescere. Debilitas & motus in carne potest esse præter naturam multiplex, primo palpitatio musculosa, rigor, inæqualitas, horror, pruritus, & omnes excretiones per cutim habent localem motum annexum, de quo agimus in præsentia.

Causa debilitatis carnis.
De motibus p. n. in carne.
Qui & quot.

Motus quadruplex

Porrò motus quadruplex est, primo substantiæ quæ dicitur generatio, aut secundo quantitatis, quæ augumentum & diminutio appellatur, aut tertio qualitatis, quæ vocatur alteratio, aut quarto loci, qui latio aut localis dicitur. De hoc vltime præcipuè nunc tractat Hippocr. dum caro naturalem quietem non seruat, & debilis cedit quidem mouenti & motori, qui est vel flatus, vel materia, & oritur motus primo solius morbi, secundo motus naturæ expultricis, & attractricis irritatæ, aut tertio motus animæ motiuæ deprauatæ. Profectò inæqualitas, rigor, et horror insurgũt motus priaui cutis, & carnis subiectæ à materia acri, & mordaci, inæquali, impetum inæqualẽ faciẽte in eas partes, palpitatio uerò est prauus motus sursum, et deorsum à flatibus impetẽtibus in spatia carnis obsistẽtiã: mouetur ẽt cutis

De motu locali præter naturam.

Tertius motus solius morbi.
Secundus naturæ irritatę.
Tertius motus animæ.
De horrore, rigore.

Pulpitatio quid sit.

in

in pruritu à materia acri irritante expultricem illarum partium; motus solius morbi reperitur in conuulsione à causa replente tunicas neruorum, quæ auctæ ex latitudine abbreuiantur, ex longitudine violenter & præter voluntatem. Motus animæ est præter naturam, dum facultas motiua irritatur à causa irritante tunicas neruorum & appellatur spasmus improportionatus. Motus præter naturam solius naturæ esset ille, quando expultrix vegetans excitaretur ab intemperie calida, inæquali absque materia. (Ægrotanti verò sanitatem) & ex præsenti statu transmotionem) *oritur talis sanitas, & transmutatio ægritudinis ad sanitatem à contrarijs causis, quando mouetur caro motu critico ad expulsionem materiæ morbificæ integram vel non integram: contingunt crises per sudorem potissimum, vel per aluum, aliquando per vrinam, aliquando per abscessus ad articulos, vel alias partes, per defluuium sanguinis è naribus, vel per hæmorrhoides, vel per vterum. Cum enumerasset Hippocr. & motus sanitatis & ægritudinis variasque species per insomnia elicita à motu terræ, & aliorum; nunc dignam animaduersione curationem proponit per materias diæteticas, pharmaceuticas & Chirurgicas: & primo monet quomodo sanitas præsens sit conseruanda.* Sano itaque inquit transmutare diætam conducit. *Obijciet aliquis si est sanus, ergo debet conseruari similibus & diæta consueta. Dicendum loqui Hippocr. de sano neutro, & præsenti, & imminente ad lapsum & recessum à sanitate, sicuti perspicuum est ex remedijs, & eorum qualitate, quantitate, loco, & tempore propositis, nam cum motus isti à repletione oriantur, profectò egent inanitione per diætam, vt dicebat Hippocr. 2. aphor. repletio inanitionem, inanitio repletionem indicat, & vniuersaliter & generice de sanitate tractans, genericam etiam methodum & diætam ad tutelam proponit.*

Motus carnis ab irritata facultate.

Motus solius morbi in conuulsione legitima.

Motus animæ motricis.

Qui sint motus critici & boni naturales.

Cura.

Dubitatio. De diæta permutanda.

Solutio.

2. aphor.

Inter

Pharmacia. Vomitus qui, & quo in curatione excretionum præter naturam.

Inter Pharmaceutica primo vomitum iubet, qui & euacuat, & reuellit materias antecedentes à stomacho; & à carne, & rursus *secunda vice denuo* vomat, vbi paulatim primò cibum assumpserit, *& post aliquot dies. Obseruandus est modus medendi Hippocr. tutus, & iucundus, semper ab indicantibus, & permittentibus confirmatus: primo excitat vomitũ, deinde recreat vires cibo per aliquot dies, iterum vomitum excitat, vt his motibus sensim, & sensim reuellat & euacuet. A præsenti enim diæta totum corpus mouetur motu euacuationis & reuulsionis.*

Not.

Vomitus.

Diæta ægrotanti debili.

Debili verò eadem diæta vti conducit; nam corpus ex præsenti statu transit:) *solam diætam ægrotanti, & debili imponit, quę sat erit ad excretionem iam paratam, & per loca conferentia, utilem eorum humorum, qui præter naturam erant; & sufficit ut redeat ad statum naturalem, si talia euacuentur, qualia euacuari oportet, & conferentiam & tolerantiam adducunt. Enimuerò cunctæ excretiones cocto morbo per loca decentia vtiles sunt, sicuti è contra noxiæ.) non inter turbare, sed potius adiuuare oportet, & mouere, iudicare, irritare aut sinere opus naturæ, si integræ & solũ conuenienti diæta, quæ conducat excretioni & faueat.*

1. aphor. 2.

Quæ excretiones bonę quæ malę.

1. aphor. 20.

Si somniabit terram ab aqua, aut mari inundatam, sustinebit carnem humiditate aquosa *& copiosis succis imbibitã, in cachexia, Hydrope & vesicis toti corpori aqua plenis, hæc humiditas superuacanea cuti, & carni pluribus de causis oritur, morbosa, lædens operationes illarum partium, aut symptoma in qualitate mutata secundum quantitatem corporis ad visum, & tactũ, aut in excremento retento præter naturam gigniturque ab intemperie frigida & humida, aut mala compositione, aut soluta vnitate. Hinc sanguis perfectè non gignitur, neque nutritio conficitur, ob errorem etiam externum à nimia copia sanguinis aut vitioso, è contra*

Per aliud exemplũ medicinam practicam docet, de cachexia, & Macie.

Cura.

tra

tra macies & atrophia producitur.

(Oportet vomitibus & prandij detractione,) *notandum ex Hippocr. vomitum fuisse in consuetudine apud veteres, quia euacuat copiam & reuellit, & nomen prandij esse vsitatum, sicuti etiam primo de rat. vict. & Gal. 3. de tuend. sanit. statuit. Detractio signat minorem copiam, tenuem victum & attenuantem, absumentē humiditates superuacaneas, ita etiam labores sunt admodum vehementes motus, & calorem vniuersi excitant & cutanea excrementa detrudunt, inhibent generari, & frigidas & humidas intemperies tollunt, semper quidem vigilia & inedia exsiccat & calefacit. Dicet aliquis,* vbi fames *teste Hippocr.* laborandum non est, *quomodo ergo post detractionem cibi instituit Hippocr. labores? Dicendum primo famem in hoc loco non esse morbosam, sed esse detractionem cibi accommodatam causæ & viribus. secundo prandium tribuisse ægrotanti, quo concocto, tunc iubet labores, nam exercitationes vehementes crudis cibis in ventriculo non sunt celebrandæ, postea proponit Hippocrat. sensim adijciendam esse tertiam partem iam ablatam per quinque dies, & modico cibo renutriendum, vt natura sensim ac sensim aßuescat muneribus proprijs; modicus quidem cibus & alimentalis, & medicinalis præscribitur, indicatus partim à rebus naturalibus, temperamento carnis & corporis vniuersi, & à viribus, quæ resident in spiritibus, solidis, & carnoso genere & similibus conseruantur, & modicè modicum etiam alimentū exoptant, vt facile cōcoquatur, partim verò indicatur à rebus præter naturam copiosa humiditate, intemperie frigida & humida, quæ siccum, & calidum alimentum indicāt. De qua diæta attenuante, incidente, exiccante & calefaciente agit Galen. libr. de atten. diæt. & libello de bono & malo succo, quæ ad sanitatem plurimum valet, & ad superfluita-*

Cura. Cachetie, & atrophie.

Prandium primo de rat. vic. 3. de tuenda &c.

Inædia et vigilia exsiccat.

2 aphor.

Dubitatio: De fame, & labore

Solutio.

De tertia parte & nu. quinque dierū

Cib. triplex à quo indicatur.

Virtus residet intrī bus spiritu, carne solidis.

Diæta ad sanitatem attenuans.

Diæta ad robur incrassans.

fluitates dissipandas, at minimè ad robur virium, crassis potius cibis, & plurimi alimenti firmandum. Habemus documenta Hippocr. hoc in loco quomodo sint nutriendi conualescentes, & redigendi ad pristinam sanitatem, à Galen. de tuen. valet. Rhasi, Auicenna, & Hipp. 2. aph. 8. imò artē tuendæ & exquisitæ et neutræ, & omnes indicationes proponunt, et materias remediorum, & vsum earum rectum.

De victu conualescentium

2. Aphor. 8.

De malis insomnijs à coloribus terræ, & sublunarium significantibus prauos colores, & siccas ægritudines, & de curatione.

TEXT. HIPPOCR. XV.

SEd neque nigram, neque combustā terram videre bonum est, sed periculum est delabendi in fontem & lethalē morbum, siccitatis enim excessum in carne esse significat. Verum oportet & labores detrahere, & cibos, qui sicci & calidi, & acres, ac vrinam cientes sunt, nutrireque ptisanæ succo decocto aquoso, albo, copiosiore, & balneis multis calidis; sed ieiunus ne lauet, molliter cubet, ac dormiat, & in ocio degat, frigus & Solem vitet, supplicet autem Terræ & Murcurio & Heroibus.

Si verò in stagno, aut in mari, aut in fluminibus natare quis sibi videatur, non est bonum, humiditatis enim excssum significat. Confert autem huic & diæta sicca, & laboribus vti, febricitanti verò id bonum est, extinguitur enim caliditas ab humoribus.

Quicquid porrò quis circa seipsum videt solito more fieri, ad naturam sui ipsius, neque magis, neque minus,

nus, bonum est ad sanitatem: Et vestitum album indutum esse, & calciamentum pulcherrimũ bonum est.

De siccitatibus, atrophia, macie, hectica, marasmo, & cura.

COMMENTARIVM XV.

TRia exempla somnij proponit Hippocr. & tres curationes, primo exẽplo somniantis terram nigram, & combustam videre, intendit Hippocr. docere naturam affectionum siccarum, & earum curationem, & practicam nobis tradit curandi has affectiones, singulaque verba Hippoc. sunt speculatione, & obseruatione digna in praxi, utinam magis accuratè animaduerterentur. Essentia primum somnium. De atrophia, macie, hectica. Primum insomniũ à coloribus terræ.

Passiones enim non naturales terræ somniantes, fortem, & uehementem atque lethalem morbum significant, quoniam excessum siccitatis adnotant, terra quidem sicca est, & phantasma ab hoc excessu sicco excitatum, mouet imaginatricem, excessus quidem ita uehemens temperiem uehementer labefactat, organum actionum, & essentiæ facultatum humani corporis. Deinde hæc intemperies sicca, uel est uniuersalis cum febre, ut hectica; & phthisis, aut sine febre, ut marasmus torridus, uel frigidus, de quibus Gal. lib. de Marcor. & 7. meth. difficilior quidem est curatu intemperies sicca, aut totius, aut partis, ut uentriculi, & præsertim si caliditatem annexam habuerit, sed hic excessus, cum ortis & lethalis sit, necessariò uniuersalis, & à causa potenti excitatur à uictu, uenere, uigilijs, laboribus, exercitijs, aere, medicamentis, aut à feruore bilis, pituitæ salsæ, Hectica, phthisis. Marasmus lib. de Marcore. 7 Meth.

febris ardentis, phrenitidis & huiusmodi. Sed Hippocrat. per exceßum duo adnotauit, qualitatem siccam excedētem & diminutam substantiam, & quantitatem, nam ea quæ comburuntur semper pauciora fiunt mole. Dubium tamen est de plumbo usto, & alijs, quę post combustionem mole & pondere crescunt. Sed respondendum, an quia ante combustionem aere & spiritu abundabant, uti corpora uiuentia & leuitatem aer parit, qui absumptus & dissipatus combustione mixta grauiora relinquit, & terrea: deinde etiam quia omnia trita non ita sunt adiuncta secundum omnes partes, & uacua spatia inter minima dantur; sed ex his etiam remediorum propositorum natura, & recta administratio dignoscitur, excessus siccitatis & caloris, & diminutio quantitatis, nam Hippocr. *laborem detrahit, qui per accidens humectat, refrigerat, & auget molem, imò etiam cibos detrahit, non solum secundum quantitatem, sed etiam secundum qualitatem calidos, siccos, acres urinamque cientes; ex aduerso proponit eos, qui humectant, refrigerant, & molem substantificè augent: oua sorbilia, ptisanam hordeaceam, carnes suillas, testes gallorum, & torculata, resumptiua. Diætam mixtam partim medicinalem, & partim alimentalem, succum ptisanæ, oua sorbilia, & iura omnia, alimenta mollia, & liquida facilè cedentia, cum pertransire debeant per poros exiguos exiccatos carnis ad renutriendum exempli gratia, lateres cum sicci ex igneque combusti euaporato humido à calore propter nimiam exiguitatem pororum aquam non admittunt, neque possunt dissolui. Hac de causa in maximo excessu siccitatis, & caloris proponit* Hippocr. *modum alimenti indicatum à passione excessus liquidum, & mollem actu, & potentia, & in modica quantitate, maximæ enim vires maxima alimenta conficiunt, mediocres mediocria, & minimæ modica, tunc liceat parum,*

Marginal notes:
Not. de combustis, & hectica, macie.
Dubitatio.
Cur combusta aliquando leuiora, aliquando grauiora.
Solutio.
Cura hecticæ maciei, atrophiæ.
Indicationes.
Diæta quid idea.
Not.
Not.
Modus agendi, qualitas victus.
Quid.
Modus edendi à quo indicatur.
Quantitas cibi.

parum, & sæpe addere, virium cum sint præsertim secundum carnosum genus exsiccatæ, & combustæ modica alimenta valent concoquere, & in sui substantiam conuertere; ita de potu, eius quantitate, & modo dicendum; aquosum vinum album expetitur, vt vires restauret, refrigeret, & humectet, & liquida alimēta vehat in vniuersum quod magis inebriat, ut magis subtile, & penetratiuum, & temperatum aqua, vocatur aquosum, quando æqualis portio aquæ, & vini, vel maior aquæ vel minor, & diuerso respectu & relatione inebriat, aut non inebriat, sed extinguit ebrietatem. Intelligitur etiam potus aquosus aquæ hordei: verum explicandum videtur, cur laudet potum copiosiorē, an quia magis refrigerat, & humectat; & minus grauat vires, & præsertim vinum aquosum, & tenue. Bibaces solent quinquaginta libras vini bibere, & eas illicò per vrinam excernere. Laudat etiam balnea multa, & calida, vt præsertim per poros exiccatos fiat penetratio, humectatio & refrigeratio, vt calida actu refrigerat per accidens, mitiorem reddendo calorem. Inquit etiam Ieiunus ne lauet in hecticis & putridis febribus, & alijs. *Medici potius solent adhibere balnea ieiuno stomacho, ne cruditates cumulentur, ne attrahantur intempestiue cibi ab epate. An dicendum, Ieiunus ne lauet quasi fame exsiccatus, quasi famescens, nec post sumptum cibum omnino perfectum, & coctum atque post cęnam, vt humidius corpus euadat vbique, & sanguis, & chilus iam coctus per poros facilius tum tranet, & pertranseat: humectat cibus, & nutrit vires. Admonet Gal. à cœna potissimum esse lauandos, quia maior fit humectatio superueniente somno, & nocte, quę prohibent dissipationem ambitus, è contra vigilia, ac dies ob motum, & lumen Solis & caloris ad superficiem;* molliter etiam cubare & dormire, vires & humiditatem augent, &

De potu copioso. Dubitatio.

Solutio.

Bibaces.

Balnea.

Dubitatio. De balneo & tempore.

Cur ieiunus non lauandus.

Solutio. Cur à cibo balneū & quando.

Tertio de san. tue.

Not. Dubit. de frigore.

Solutio.

otio degere non sat est labores euitare, & exercitia, sed quies, & frigus desideratur. *Cur frigus si à calore siccitas oritur, potius humidum requiritur? An frigus exsiccat, & astringit? an quia cum humiditate frigus est annexum: tradit aliud remedium pium, Antiquorum mos fuit in morbis fortibus, & lethalibus ad Deos confugere, & preces adhibere Terræ, Mercurio, Heroibus.* Erat etiam consuetudo in Ægypto *testimonio Aristot. 3. Polit. cap.* 11. solummodo post tertiam diem mouendi ægrum, prius verò Medici periculo agebant suo, *præsertim diatritarij obseruabant in quiete ægrotãtes ad tres dies conseruare victu & motu, quia morbi vsq; ad tertiã diem dignoscuntur, & mutationem faciunt euidentẽ Medico perito. Quare iure Hippoc. adnotauit tertiam diem, sicuti aliquando quintam, cum in hoc spacio soleat apparere aliqua mutatio, victus instituti, aut dignotio morbi, aut noua alteratio atque processus.*

3. Polit. c. 11.

Cur, tertia dies, & quinta euumeratur ab Hippoc. not.

Cur. Mutuæ passiones corporis & animæ.

Est admirabilis sympathia sanguinis cum anima, vt illa percipiat cognoscibilia, hic mouetur, illa imaginatur & cognoscit aliquid & statim mæror est & mæstitia, amor, gaudium, rubor, pallor, ambulatio, cursus vel fuga excitantur. Duo quidem sunt motus animæ, vnus corporeus & membrorum, vt ambulatio: alter spiritualis & est motus affectionum & passionum iræ, odij, amoris, timoris, mæstitiæ, & similium. Anima est in sanguine per operationem, & per virtutem, atque etiam in spiritibus primo vitalibus, animalibus, & naturalibus, at in partibus viuentibus proprie per præsentiam, existentiam & operationem etiam est: ideoque in sacris litteris prohibet Deus esum sanguinis Genes. 9. & 17. Leuit. Deut. 12. uitam cum sanguine fudit & Auic. sed falso putauit, animam ui imaginatricis etiam rem longinquam mouere absque contactu physico, sed in cor-

Duplex motus aïæ vnus corporeus, alter spiritalis.

Q. quõ aïa dicitur esse in sanguine, in spiritibus, & solidis operatione & virtute.

Anima est tripliciter ĩ solidis ꝑprie viuentibus ꝑsẽtia & existentia.

Genesis 9. 17. leuit. Deut, 12.

corpore facit contactu reali. Similia exempla somniantium Artemidorus recitat lib.4.cap.56. Videlicet vnus imaginatus est habere alimentum extra ad pectus, & interijt phthisi cõsunmptus, *nõ enim fieri potest, ut uiuat sine alimento, quod diuersum diuersas animalium uitas producit. Alia animalia tantummodo animalibus uiuis uescunscuntur, alia fructibus, alia cunctis pascuntur, dicebat Hippocr.* differt nutrimentum à nutrimento, & natura à natura, *quia natura distinxit ad facultatem uictus atque delectum ipsas uitas,* ita homines alij pigerrimi & apti pastorali vitæ, alj feroces bello accommodati: alij pruden tes gubernationi populorum. Vitę igitur ferè tot sunt, quot secundum propriam & innatam habent operationem 1.*Politic.5. Alius somniat se emittere omnes dentes, & citiorem sanitatem præsagit. Alius* habere cereos, & subitam mortem denotat, *quia natura propria dura priuantur & munere proprio. His præmissis ad explanationem, & lucidiorem notitiam dictorum, ut Hippocr. opposita doctrina magis elucebit, contraria supradictis, de somnijs ab humiditate, à fluminibus, à mari, à stagno, & alijs aquosis elicitis, quæ porro ostendunt humiditatem morbosam uel spiritibus, uel humoribus, & uel solidis membris excessumque humiditatis in carne, ueluti* si quis somniet se natare in stagno uel mari uel fluminibus, non est bonum, *eoque magis fidum erit signum, si cetera alia aderunt uerbi gratia ante acta uita humida, otium, tempus anni humidũ, sexus feminilis, temperies frigida & humida, ætas puerilis, senilis proprie siccitate prædita, at ex accidente humiditate scatet excrementitia. Contrariam igitur admonet curam administrandam, diætam exsiccantem, calefacientem, acrem, duram, laborandumque esse, & omnia adhibenda, quæ calorem, & siccitatem pariunt, sicuti* conuul-

sioni

Artemidorus.lib.4 cap.56.

Victus animalium qualis.

Lib. de alimento.

1.Polit.c.3.

1.Polit.5.

Artemid.li.1.c.33.

Secundum insomnium ostendens vitia nimię humiditatis.

Excessus nimius humiditatis.

Cura. Exsiccans calefaciens &c.

sioni febris superueniens bonum, *quæ calore & siccitate copiam humoris replentis neruos conuulsos adimit: ita hoc loco febris superueniens bona, quia exsiccat, & calefacit excessum humiditatis, & iure Hippocr. dicit*, febricitanti autem id bonum; extinguitur enim caliditas humoribus. *Hoc insomnium ostendit se statum permutare & caliditatem deuictam fore ab humoribus, à quibus uincentibus eleuatur phantasma, & imaginatrici offertur de humoribus & liquidis, quod generice mare, stagnum, flumina, repræsentat, & refulget; insomnium se natare in mari, stagno, fluminibus, si humor non mouetur, & copiosus admodum sit, putat in mari natatione frui, si adhuc uelocius huc, & illuc uagetur, & currat per flumen, ueluti excretio, quæ fit per sudorem & criticè ostendit febrem extingui, & per urinam: si uerò somnium ortum ducat ab his, quæ secum somnians habet in corpore, nempe à temperamento, à compositione, conformatione corporis, unitate, pulcritudine, magnitudine, figura, forma, actionibus animalibus, naturalibus, & uitalibus, & hæ operationes fiant, sintque solito more, neque excedant, neque deficiant, imò seruent naturalem statum, & eundem, quem possidet somnians, sanitatem porro ipsius præsignant, & statum illum perseueraturum, neque adesse causam permutantem ipsum; è contra uerò, si acciderit somnium, ostendit labentem à symmetria, vel lapsum fuisse. Tertio tandem si capiat somnum ab his, quæ extrinsecus accidunt corpori neceßario, vti habere vestitum album, calceamentum pulcherrimum, bonum est, & pulchritudinem, & puritatem corporis, humorum, & spirituum significat; ornamenta enim corporis, & animi trãquillitatem, lætitiam, bonaque fortunæ, corporis, & animi nunciat, opposita oopositis fruuntur somnia. Multa per hæc nobis tradit Hippocr. & moralia & medica, improbitas*

Varia insomnia uaria significant.

Tertiũ insomniũ ab internis significans vel statum naturalem uel preter naturam.

Tertium insomniũ ab externis sed annexis, vestib. ornamentis significans bonum uel malum corporis, animique

homi-

hominum dignoscitur & probitas ex dictis, sanitas etiam corporis & tranquillitas animi aut morbosa, & uitiosa utriusque constitutio deprehenditur.

Dicebat Arist. 2. Polit. 5. natura hominis insatiabilis est, & primo quidem sufficere dicunt in pauca; atque minima, mox verò vbi homines sunt illa consecuti, plura appetunt semper, quousque in infinitum procedant: infinita enim est cupiditatis natura, ad cuius expletionem plurimi viuunt. 2. Polit. 5.

Conseruare igitur oportebit symmetriam corporis, spirituum, & humorum, & eorum puritatem, symmetris & puris alimentis, cibis, potibus & exercitationibus moderatis, animique passionibus lætis, & iucundis, aere & cęlo sereno. Si verò vitiosa, & morbosa fuerit constitutio reuocabitur ad naturalem statum per contraria alimenta, exercitationes, purgationemque vniuersi corporis. Cura per similia. Sanitas quomodo conseruatur. Morbus quomodo curatur. Cura per contraria

TEXT. HIPPOCR. XVI.

QVidquid verò membris maius fuerit, bonum non est, sed neque quodcunque tandem fuerit minus, & oportet hoc quidem per diætam augere, illud verò minuere. Nigra autem morbosiora sunt & periculosa; mollire itaque oportet, & humectare; Noua quoque transmutationem significant. Mortuos videre puros in vestibus albis, bonum est: sanitatē enim signans corporū, & salubritatem ingestorum, à mortuis enim nutrimenta, & incrementa, ac semina fiunt. Hæc autem pura in corpus irrepere sanitatem dant. Si verò contra videat ipsos nudos, aut nigris vestibus indutos, aut non puros, aut aliquid accipien- Cura.

pientes, aut ex domo portantes, non est commodum, morbũ enim nunciat: quę enim in corpus ingeruntur, nociua sunt. Verum oportet cursibus circularibus, & deambulationibus depurgari, & alimento molli, & leui à vomitu sensim nutriri.

Cura.

De Insomnijs malis, et bonis desumptis ab habitu, & constitutione corporis somniantis, significantibus morbos in mala compositione, aut soluta vnitate, aut coloribus, aut sanitatem, & de cura, & præseruatione eorum.

COMMENTARIVM XVI.

Vitia in mala compositione, & coloribus.

QVÆ asserit Hippoc. in hoc textu, conspicua magis redduntur ex animaduersis in textu superiori, nam si maius, aut minus membrum appareat, si pariter colore nigrum videatur, morbos quidem in magnitudine aut prauis qualitatibus præsignat, nam similia formantur phantasmata, quæ representata imaginatrici formarum sub insomnia, & habet causam ipsorum residentem in membris, vel humoribus, vel spiritibus, vel in speciebus reseruatis in memoria. Subintelligere oportet etiam, si fuerit nimis flauum nimis calidum, frigidum, humidum, & siccum, nimis rarum, aut densum, asperum vel leue, durum, vel molle. Quoad vnitatem, si fuerit diuisum, dissolutum, vti si somniauerit manum à corpo, crus à genu esse disiunctum, si quo ad figuram distortum, & quod distortum natura est, rectum videbitur somnio primo auctum, nempè aucta magnitudo

Cura magnitudinis auctæ.

gnitudo

gnitudo corporis præsertim ad carnem nimia crassitudo, nimia pinguedo, quæ & symptomatica, & morbifica esse valet: hæc omnia indicant minutionem per diætam, tenuemque victum, labores, exercitia, motum animi & corporis, si somniabit vel vniuersum corpus, vel membrum esse imminutum, macies, marasmus, tabes dubitatur, ea prænunciatur, & hæc omnia exoptant auctionem diæta, cibo, potu, otio, quiete, animi & corporis. Cur proponit Hippocr. hæc remedia generica tantum? respondendum, genericas etiam affectiones in medium afferre, quarum species diuersæ diuersis auxilijs egent, vti qualis cibus frigidus, vel calidus sit administrandus.

Cura maciei. Colorum permutatio.

Dubit. de cura. Solutio.

Præterea affectiones coloribus per insomnia demõstrat, inquiens si somnium erit, de his quæ colore naturali nõ sint prædita, hæc indicant remotionem sui, & præsertim diæta molli, et humectãte, cur hæc admonet Hippocrates? tangibilia, madefactibilia sunt, & liquefactibilia ab aqua, sed nõ omnia vt Sal & nitrum, non fit tingibile, quod mollius non fiat madefactum? Iure merito Hippocr. omnium Philosophorum clarissimus iubet nos debere, si velimus alium colorem introducere, & tingere alio colore, mollire & humectare, terræ existentia habent meatus maiores, aquæ molibus existentes duriores, ita membra humana meatus permutationem per totum vnitos & duriores, & maiores aquæ molibus habent? quæcunque verò meatus habent per totum corpus, liquabilia sunt aqua, vt Sal, & nitrum, at non valent tingi, quia diuidũtur particulæ salis & nitri ab aqua. In terra autem, & terrenis permutatim meatus & duriores aqua, liquefiunt et tinguntur ab humido. Ideo testimonio Hippoc. possumus tingere cibis humidis, & mollibus, liquidis, sed colore rubro, & purpureo roseoque humano corpori accommodato in his regionibus. Alimenta, quæ valent

4. Meteor. de passionibus, de tinctura mixti.

Quæ sunt tingibilia.

Not.

Quæ intingibilia sunt.

purum sanguinem, & rubrum gignere, non autem crassum, melancholicum, non flauum, citrinum, non pallidum, non subnigrum, non pituitosum, eligantur vti optimæ carnes, pullorum gallinaceorum, vitulina, turdorum, perdicum, hædina, veruecina, oua sorbilia, vina alba tenuia, vel flaua.

Not.

In regionibus verò calidissimis sub zona torrida in Africa, Æthyopia, naturaliter homines nigri, si somniabunt se albos esse, tunc statum morbosum præmonstrabunt præsentem, vel futurum. His verò victus humidus & mollis tingere valens (quod etiam in aliis similibus animaduertendum) & alimenta, quæ colorem naturalem resarciant, administranda, quoniam potius erit excessus humoris aquosi, & pituitosi in eorum corporibus, cui aduersatur victus exsiccans, & calefaciens, attenuans, acris, alimenta quidem opaca, & terrea igni tamen adiuncta vim habent calefaciendi, exsiccandi, & colorem nigrũ gignendi, veluti cepæ, allia, nasturtium, pastinaca, lepus, vinum nigrum potens, asparagi, cappares, feniculum, petroselinũ.

Quæ sunt alimẽta, quę colorem mutant.

Extra verò quoquo pacto conferunt ad colorem tingendum aeris qualitas & Solis, sed per accidens absumens, vel augens, vel minuens interna tingentia. i. sanguinem & humores, & tingibilia, idest viscera, cutem & carnem disponens: ita calor Solis exiccat, ita calefacit, & ita adurit cutim remouendo humiditatem aeream que substantiam, & colorem rubrum, coram verò dealbat depurando, & aereas substantias à terrena, verum omnium opaca & terrea exusta reddit, & carbonabilia; balnea quidem etiam, thermæ & alia huiuscemodi tingunt extrinsecus humanum corpus. Hoc loco obseruanda nonnulla ab Artemidoro recitata, respiciendã personam somniantis, nam si diues, vel vsurarius, vel miles acquirit maiorem dignitatem, imperium, victorias, diuitias, si regit magistratum, potius somniabit de

Quæ sint externa tingentia.

Artemid.

illis,

illis,& augmentum, vel decrementum de his.

Noua quoque transmutationem significant *Hippoc. arcana naturæ inuestigans, curiosis Medicorum ingenijs indulgens his curationibus delectabilibus voluit allicere iuuenes ad medicinam addiscendam, tam vtiliter humano generi, & rationabiliter exercendam; incumbant igitur studiosi Medicinæ huic libello, ipsique totum animũ adhibeat.*

Noua triplicia sunt, aut circa bona fortunæ, aut animi, aut corporis, & ad bonum, vel ad malum. Cum somnians imaginatur se videre, aut speculari noua inuenta artium, & scientiarum, & nouos habitus intellectus, & nouas virtutes morales, si hæc placida iucunda, ac pulchra fuerunt, signa insomnium transmutationem animi ad bonum, si implacida, tristia, & turpia, ad malum: idem si noua somniat circa diuitias ac paupertates, honores, filios, si circa sanitatem, aut morbum corporis, si placida, iucunda, & pulchra, grata appareant, bonam transmutationem significant, si è contra in malam transmutationem bona corporis, & fortunæ transibunt. Somnium de rebus nouis à nouitate spirituum animalium suggeritur, & à nouis phantasmatibus, quæ exsiccant, similitudinesque, & imagines rerum futurarum. Si ex præsentibus antiquis valet similitudines nouarum rerum phantasiare, quæ cum sint noua quoque in corpore oriri debent, & penes spiritus, vel humores, vel corpora. Mortuos videre puros. *Contrarij effectus à contrarijs fiunt causis, & Medicos admonet* Hippocr. *vt speculentur causas rerum contingentium humano corpori, & remedia accommodent.*

Noua triplicia fortunæ animi, & corporis.

Insomnium de animi bonis.

Insomnium de bonis fortunæ.

insomnium de bonis corporis.

Somnium de rebus nouis.

Quid, & quid nouum.

Insomnia de mortuis, quæ.

Si ea quæ tristia per se sunt, læta appareant (nam mors omnium terribilium non expetitur) per se primo necesse est, vt corpus humores, & spiritus supra modum pura, & alimenta sint, ex quibus eliciuntur, & qualificantur ph an-

 ta-

tasmata, et conceptus phantastici in somno, à mortuis enim nutrimenta accipere: *Omne quod nutrit primo viuens fuit, aut vita plantæ vegetabili, vt arbores, plantæ, fructus, semina, & postea recisa mortua sunt, insiti, & ramusculi segregati ab arbore spatio temporis ob terreitatem, & nimiā animæ vegetabilis immersionem, & impuritatem viuunt, & possunt inseri, & plantari, & incrementa accipiunt. Pariter etiam corpus humanum augetur à mortuis, & nutrimentum capit, vt asserit Arist. 2. de anim. 47.* quod vt substantia nutrit, vt quantum auget, vt quale alterat? *Nunc se transfert Hippocr. ad fecunditatem, & sterilitates significatas per insomnia, & inquit miro artificio:* Ac semina fiunt, *tres sunt, vt dixi, functiones animæ alentis, vti alimento, quod dupliciter fit, vt substantia ad generationem, et generatio nutritionem, vt quanto ad auctionem, & 2. generare quale seipsum, hæc præstat semen ortū à mortuis, nempè à cibis, qui mortui sunt omni vita, dum in chylum à stomacho transmutantur, & sanguinem mortuum ruditer in epate, formaliter & perfecte in corde gignunt, ex quo vltimo alimēto uniuersali, et cōmuni ad omnia membra generanda, ad omnemque similitudinem genericam, specificam, & indiuidualem, materialiter semen excrementum utile speciei primum genitum mixtum, & primum generatiuum in generatione, & formatione corporis, humanique fætus in testibus formaliter, et perfectiue producitur, in corde est uegetatiuum primum, & etiam uniuersaliter generatiuum prima manatione, sed hæc virtus generatrix in corde rege imperante, & delegante animali primo in uniuersali, quòd vnicum temperamentum, & unicam organizationem habet: ut sit unus homo impertitur à corde toto, & particulariter secunda manatione testibus deligatis instrumentis cordis instrumētis, famulantibus ad generationē manifestan-*

[Margin notes: 2. de anima 47. — Functiones animæ vegetatiuæ. — Semen quid. — De principatu cordis. — De testibus conciliatio.]

nifestādā particulariter, in quibus ipsa uirtus cordis generica à tēperamento testiū, formatione, & unitate magis specificatur, sicuti aīalis in cerebro, & sanguificatrix in epate, quæ tamen omnes facultates semper à corde regio, et primogenito conseruantur, & influentiam regiam per emanationem recipiunt Medici Galen. & alij appellant tria membra principalia in secunda manatione, agnoscunt tam cur primū prima manatione, quia illa tria magis sensata, & operatiua inseruiunt eis pro sanitate tuenda, & curanda: ita possūt conciliari simul, & Philosophi, & Medici. Tria quidem facit alimentum, quod mortuum uocatur ab Hippocr. nutrit, auget, & generat, semen materialiter reperitur in omnibus uniuersi corporis partibus, & est reliquia glutinis & sanguinis, & uniuersaliter est in corde tanquam omnium facultatum fonte totalitate essentiæ, & origine primum ut sensu, experientia & ratione primę gubernationis, & unicę confirmatur. Formaliter uerò completiuè, prolifice, sed particulariter in testibus, qui attrahunt reliquias glutinis, et sanguinis proprietate substantiæ, & similitudinis, & sanguinem ultimum ad se, & in semen prolificum transmutant, ex quo primo nutriantur, et secundo reliquum post nutritionē uocatur semen genitum primum ad conseruationē speciei, & ad indiuidui similitudinem parentum, & auorum conseruandam. His expensis redeat oratio ad pensum. Somniare pura nutrimenta in corpore irrepere sanitatem propalat gratia nutrimenti, ex ijs enim constamus, ex quibus nutrimur, *& ex quibus constamus, sanitas emergit, & ut causa, & ut signum, & ut utrumque. Non uirum, imaginatricem hæc omnia prędicere, ac uirtus corporea à corporeis rebus & simulacris alterata, & ad actum redacta in somno phantasiatur, & somniat.*

Qūo virtutes delegatæ à corde specificentur.

Alimenti facultates tres.

Insomnia varia.

Ad somnia mortuorum rediens Hippocr. contrarium profert

Insomnia mortuorum quæ vitia manifestant.

fert & contrarios effectus elicit in contrarijs, v. g. si somniat nudos, nigris vestibus indutos esse mortuos, aut non puros, melancholiam, tristitiam spiritus, sanguinem, & membra prauis coloribus deturpata depromit, si nigri non sunt impuri valent esse, idest non nigredine, sed obscuro colore, vt tenebræ, aut non sinceri colore, idest purpureo ac medijs coloribus. Quoad actiones nō mortuorū contrarias iam supra allatis videlicet, accipere aliquid ab ipsis purum, *contrarium est illi, quod est aliquid accipientes ipsi mortui, & ex domo portantes quasi auferant quid ex nostris substantijs animi, aut corporis, aut fortunæ. Non enim commodum est somniare aliquid à nobis auferri, nisi sit malum, aut somnians ægrotans; tunc præsagit permutationem morbi ad statum sanitatis: auferre est priuare aliquem aliqua re, priuatio malum, & maleficium machinatur ex Platone, & Aristot. est non ens malum, Auferre etiam substantiam bonam, ens, bonum, vnum, pulchrum conuertuntur, ergo priuantur ente: melius quidem est esse, quàm non esse, bonum quàm malum, vnum quam plura, pulchrum, quàm turpe, vt fusius in Metaphys. & præsertim quæ extra veniunt aut bona corporis, ingesta alimenta, aer, &c. aut bona fortunæ, diuitiæ, honores, aut bona animi, vt scientiæ, cognitiones, artes, habitusque intellectus, ita è contra pronunciat, si his ornetur, augeatur, & illustretur.*

Quo virtute delectare a certe specificantur. [margin, partly illegible]

Bona animi, corporis, fortunæ per insomnia significata.

Quæ sunt bona corporis.

Quæ bona fortunę

Quæ bona animi.

De

De cura morborum in mala compositione, in additione, & præter naturam.

VErum oportet cursibus circularibus *Hippoc.* *remedia ad somnia mortuorum, eorum colores & actiones proponens multa medica nobis relinquit, & primo tradit indicationem expurgandi spiritus, sanguinem, & humores, & solida ab omni prauo colore, & depurandi impuritates eorum, materias aptas pro his consequendis recenset, vti cursus circulares, & intus, & extra, ratio est, quia in ambitu cutis existentes spiritus, humores & solida emundantur per aerem purum externum attractum cursibus circularibus, & per fuligines expulsas: huiusmodi motus euacuant parata ad cutim, & parata ad intus ad ventres euacuant per aluum. motus qui cursus dicitur, et circularis recto, & obliquo decoratus, & omnium simplicissimus, respirationem auget, vt repurgetur vitalis spiritus, & animalis per halitum, & nouam aeris attractionem purioris, sensim nutriri paulatim modo antedicto per quinque dies minuere, & detrahere tertiam partem, & per alios quinque illam tertiam addere, sed à vomitu. Hic est modus diætandi obseruatus ab Hippocrate, & à nobis imitandus, an quia primò impedimenta sunt remouenda in primis viis, & ventre, & extrudenda, vt facilius victus mollis, ac leuis per vniuersum permeet, ne corrumpatur à succis præter naturam existentibus in stomacho, & vt ij succi tanquam causæ antecedentes somniorum uomitu euacuentur.*

Cura morborũ in mala compositiõe, & coloribus.

Cursus circulares quas vtilitates præstent, & à quo indicantur.

Cursus quid sit, rectus, obliquus, circularis.

Cur

Tertia pars per quinque dies imminuatur.

Modus diætandi à quo indicatur.

Not.

De Insomnijs à formis peregrinis corporum repletionem significantibus, & de curatione omnium morborum, & repletionis generatim, & spaciatim.

TEXT. HIPPOCR. XVII.

De peregrinis insomnijs.

Essentia.

Præsagium.

Cura.

QVæcunque verò formæ peregrinæ corpora in somnis apparent, & hominem perterrent, ciborum in consuetorum repletionem, & secretionem, & bilis supernè, & infernè eruptionem, & morbum periculosum significant. Verum oportet vomitum facere, & ad dies quinque cibos quàm leuissimos, non multos, neque acres, neque siccos, neque calidos sensim adijciendo accipere, & laboribus naturalibus maximè vti, exceptis deambulationibus à cęna. Vtendum etiã balneis, ac calidis lauacris, & otio. Solem verò & frigus vitet.

De cura cuiuslibet plenitudinis, plethora, & cacochymia vniuersalis, & particularis, qua ad vires & quoad vasa.

COMMENTARIVM XVII.

8. Probl. 6. Insomnia Peregrina ad plethoram, & cacochimiam.

IMpossibile est, vel certè difficile ad modum *testimonio Aristot.* 8. *Politic.* 6. vt qui opera ipsa non tractat, peritè valeat iudicare, *& possibilia, & conuenientia sibi Hippocr. tractabat quippe de insomnijs, quia peritè naturam ipsorum, & causas, & significata cognouit, inquiens igitur* corpora *maxi-*

maximè corporis similitudinem in genere, & specie notificat, & uaria somnia de corporeis affectionibus narrat, sed peregrina, et noua, vt nos admoneat, non de omnibus transmutationibus, sed de nouis, & peregrinis, & corpore agere, uerum hæ formæ peregrinæ corporum, aliæ sunt terrificæ, & monstrosæ, quæ raro contingunt, vt Chimæræ Centauri, humana monstra, & partim bruta, veluti cum cauda, cornibus & situ, loco, forma, figura, numero varia animalia, & permixta, Etiam celestes figuras, ac formas nouas imaginantur, peregrinæ istæ formæ animalium vel plantarum, vel hominum, vel mixtorum, vel syderum cœlestium, cur semper ciborum consuetorum repletionē & secretionem declarant? repletio multiplex est in corpore, vel sanguinea proprie plethora, vel alterius humoris dicta cacochimia, vt biliosa, melancholica, pituitosa, aquosa, vniuersalis vel particularis, in hoc vel illo loco secundum vasa vel vires, vel omnes hæ repletiones vigent, & copia, & qualitatibus præter naturam, substantia, quantitate, qualitatibus, motu, loco, tempore & ordine humores lædere valent, & repletiones parere nocuas, ita excrementa naturalia, ita spiritus omnes, ut eadem breui doctrina multa doceat Hippocr. & unico exemplo aptando reliquis aphoristicè admonet.

Quid sit peregrinum, & quid adnotet in corpore.

Duplex peregrinū monstrosum, & nō monstrosum.

Dubit. de peregrinis,

Solutio.

Repletio quotupl. ad uasa, ad vires, mixta, uniuersalis, uel particularis, vel mixta.

Nam insueti cibi repletio in uentriculo, & secretio chyli, & fecum causant uapores inconsuetos, qui phantasiæ nouiter phantasmata noua & peregrina subministrant, ut uerbi gratia cholera, id est bilis supernè & infernè eruptio, peregrinas formas mouet, bilis enim maximè motiua est, et excitatiua, unde biliosi homines facilè agitantur, & huc, & illuc sanguinis accensione circa cor ob uindictæ desiderium, & ardorem spirituum uitalium noua & uaria sibi fingunt. Hinc etiam animales spiritus calidiores facti uarias formas & imagines offerunt phantasiæ finguntque multa & noua,

Biliosi hominis morus & passiones

Nouum quid, quotupsex.

Melancolici mores & passiones.

Cur biliosi instabiles, è cōtra melancholici.

Noua & peregrina quæ vocantur.

Nouum quid.
Peregrinum quid.
2. Met. 14.
Insomnia de peregrinis, quæ admonent.

Cura repletionis vniuersalis & particularis plethoræ, & cacochymiæ.

cogitant machinamenta, sed instabiliter, uti apparet in incubo, insania, melancholia, uertigine, phrenitide, & alijs passionibus, & uitijs capitis: è contra uerò melancholici uaria quidem ob mobilitatem, sed ob infirmitatem & uehementiā longius & acutius imaginantur, & magis firmè, quàm biliosi, licet Arist. dixerit, ob flexibilitatem somnia peregrinarum formarum, & corporum à causis nouis, & peregrinis eßentiam & motum bilis flauæ, & præcipuæ adustæ sursum & deorsum significant, & morbum periculosum magnumque, quo enim magis ab operibus naturalibus distant opera, & causæ, & effectus, eò maius periculum & incertum inconstansque imminuit. Noua & peregrina maximè recedunt ab ordinarijs, & consuetis, ergo discrimini subiiciuntur propter essentiæ magnitudinem, præstantiam partium, nouitatem causarum: nouum dicitur quod aut raro, aut nunquam amplius uisum, peregrinum quod insuetum *in illa regione, tempore, ætate, unde peregrini ignoti homines dicuntur: ita res.* Repleri quidem inconsuetis cibis, secernere, erumpere superne, & inferne bilem *raro contingunt, insueta sunt maximè ab operibus naturæ. ex insuetis cibis repletione eorum, stomachi concoctrix frustratur, familiaria substantia quantitate & qualitate facilius concoquit, quæ de bile & repletione ipsius dicta sunt, dt pituita, melancholia, sanguine & aliis & spiritibus dicenda. His peractis de essentia & causis noui insomnii aggreditur Hippoc. Curationem, quam desumit à remotione causarum formarum, & roboratione partis affectę, & à uiribus.* Verum oportet &c. *ars medica imitatur naturam in pręseruatione, & curatione, repletio quidem indicat sui ablationem, copia minutionem, & natura sponte sępè hęc molitur. Verum quia hęc repletio subsistit in stomacho propter ingesta peregrina, indicat uomitorium, nonne canes quærunt*

her-

herbam salascum ad vomendum, & præsertim cum bilis motus supernè & infernè, facilius per superiora coerceatur, medicamenta recta administrata sunt manus Deorum, *inquit Hippocr. lib. de arte*, quæ profuerunt ob rectum vsum præstant, quo omisso nocuerunt. *Vomitus vomitum curat, & fluxus fluxum tollit, quia loca sunt naturæ consueta, & causa adimitur immediata, & deinde eius effectus, adiuuata natura per loca conferentia, & tempore debito, ea etiam adiuuante passione & qualitate succi opem sentiunt ægrotantes. Victus ratio à viribus indicatur totius, & stomachi, quarum essentia potissimum emergit à temperamento natiui calidi, spirituum, humorum & solidarum partium, quod quidem virtus est, & natura, quæ dat esse humano corpori sensibili, sed ex diuersitate necessaria variorum temperamentorum existentium in animali, oritur illa formalitas, quæ vocatur anima corporea, extensa per totum, at in corde tota totalitate essentiæ excellens generica (solus intellectus extrinsecus aduenit) Indicatur etiam victus à rebus præter naturam, quatenus iste leuissimus, mollis, liquidus, & paucus, detrahit repletionem ad dies quinque, per quem excrementa, & copia minuuntur: quinque illi dies sunt termini reales mutationis, & per quinque dies conspicua apparet mutatio, ita humores calidi, sicci, vitiosi indicabunt cibos frigidos, & humidos, non autem acres, calidos, & siccos; eligantur igitur cibi quàm leuissimi alimentales, vt nutriunt totum, & partes viuentes; & medicinales vt alterant humores calidos, & acres, & viscera similia. Vtitur* Hippocr. *hoc superlatiuo* leuissimi, *an quia indicantur etiam à suprema virium iactura impotente concoquere cibos, nisi sint leuissimi, substantia, nutrimento, fluxibilitate, & liquiditate, & obiter sciendum, vitale indicans non respicere corporis viuentis organici vires, vt tantũ nutria-*

Medicamenta manus Deorum.

Lib. de arte nu. 7.

Quando vomitus vomitum curat.

Victus à quo indicatur, & quando.

Victus qui & quando indicatur à rebus p. n. & sanat repletionem. idea.

Qualitas, modus. Quantitas.

Quinque dies cur annotentur.

Tempus.

Cur.

De leuissimo dubitatio.

Solutio.

Vitale indicans quid & quotuplex

nutriatur alimentis boni succi, facilis coctionis, & similibus, vt viuens, sed respicere etiam vires corporis quatenus inanimatum, sed ornatum temperamento primo, & secundo, compositione, & vnitate, et tale indicat medicamentum simile conseruatiuum, temperamenti, compositionis & vnitatis; suprema succorum prauitas corrigitur etiam à substantia cibi nutrientis leuissima, frigidissima, humidissima actu & potentia, aut à substantia medicamenti conseruãtis triplicem harmoniam humani corporis similitudine, manifesta, & abdita. Profectò stomachi concoctrix laxa indicat quietem & minimum laboris. Sed quis dicet, videtur Hippoc. sibi contradicere in textu, dum inquit, & laboribus maximè vti, *sed labores vires dissoluunt, & humores magis acres reddunt, & agitant, ergo cholera eget potius otio, & quiete, & remedijs refrigerantibus, & humectantibus: respondendum, esse varia indicantia in præsenti affectu, teste Hippocrate per labores respicere potissimum excrementa tunc temporis dissipanda, & excernenda, & labores duplices esse, alios naturales, alios violentos, intelligere Hippocratem, maximè naturales, in his potissimum cura viget. Semota repletione, euacuatis excrementis in stomacho stabulantibus, cessabit cholera, & qualibet noxa stomachi inter labores naturales enumerat* Hippoc. *exercitia,* deambulationẽ (à cęna) *hoc loco, & documenta præbet, nos debere à cœna ambulare, sed hac cautione, dum corpus non scatet humoribus: sed in præsenti casu monet reliquos labores facere* (exceptis deambulationibus à cęna) *dicendum pro solutione dubij, tunc temporis corpus esse primo repletum excremẽtis, & denuò repletum cibis, &* impura corpora, quanto magis nutries, tanto magis lędes. *& quando docent Medici, deambulationes à cœna, vt plurimum sunt intelligendi gratia ciborum sumptorum, qui egent aliquo excitamẽto propter*

Dubit. de labore.

Labor quid.

Solutio de labore.

Labor duplex.

Dubitatio. Cur & quando labor à cęna exercitia, ambulatio.

Solutio de his.

2. Aphor.

pter superuenientem frigiditatem aeris nocturni, dum vero repletum est corpus excrementis, & cibis quiescendum à cæna, et hoc pacto enodatur difficultas. vtendum etiam balneis, *nunc elicit aliam indicationem, & respicit aliud indicans balnea; an aqua dulcis est, an etiam thermæ, quæ sunt aquæ sponte nascentes, & calida lauacra, & artificialia calida actu, non potestate, potissimum balnea aquæ dulcis & similia artefacta, quæ valeant potius emollire, & humectare cutim, atque biliosa excrementa dissipare, & demulcire. Confirmat hanc sententiam cum dicit* otio vti *se nolle corpus exsiccare, & calefacere, sed potius humectare, refrigerare, hæc indicantur à siccitate, & acrimonia biliosi excrementi.* Solem & frigus vitet, *id est ea quæ exsiccant, nam tota cura consistit in euacuandis excrementis, & concoquandis acribus, & biliosis, victu, balneis aquæ dulcis & artefactis malua, althæa, violis, foliorum sambuc. atriplicis, borrag.*

Conciliatio contradictionis.

Balneum à quo indicatur.

Thermæ quid.

Otium quid.

De Insomnijs inopiam, inanitionem, detractionem significantibus, & de curatione inopiæ inanitionis, & omnium affectionum similium in detractione.

TEXT. HIPPOCR. XVIII.

SI verò quis per somnum edere, aut bibere consuetos cibos ac potus sibi videatur, inopiam alimenti significat, & animæ tristitiam, & si carnes robustissimas quis edere se putet, maximum alimenti excessum designat, si verò debilissimas, minorem, quemadmodum enim id quod editur,

tur, bonum est; sic etiam id quod videtur. cibos igitur detrahere conducit: nam alimenti excessum hoc significat. Sed & panes ex caseo, & melle facti per somniũ comesti similiter significant. Aquam autem puram bibere, bonum est. reliqua omnia nociua sunt.

COMMENTARIVM XVIII.

Vitia inanitionis, inopiæ defectus, detractionis spiritum, humorum, solidorum.

CVm in superiori de repletione, nunc de inopia & inanitione agit Hippocr. ut opposita iuxta se posita magis elucescant. *Hæc insomnia primò quemadmodum dies critici, & putridi habent experimenta, & proprietatem causarum naturæ, ēt hæc omnia medica, & artificiosè decantata ab Hippocrate Philosopho, & Medico clarissimo; quæ à corporeis affectibus originem trahunt. concupiscentia substantiæ calidæ & siccæ fames, aut frigidæ & humidæ sitis dicitur, os stomachi animali, & naturali facultate decoratum percipit inanitionem substantiæ solidæ, calidæ & siccæ tam alimentalis sanguinis, quàm iam appositæ, & assimilatæ sibi, pariter roridę, frigidæ, & humidæ, vnde oritur concupiscentia restaurandi deperditum, & hæc viget non solum in vigilantibus, sed etiam in dormientibus. vegetatiua vsquequo animal viuit, semper operatur, die nocteque perenni opera fruitur, quia perenne est defluuium humidi radicalis & alimẽtalis acquisiti. Vnde phantasmata huius defectus eleuantur à natura.* Et animi tristitiam *per hæc verba notatu digna Hippocr. commemorat; Inanitio & inopia ad duo refertur ad alimentum corporeum, & ad incorporeum, ad maßã sanguinis, ad excrementa naturalia, ad spiritus animales, vitales, naturales seminales, huius inopia animi tristitiam parit,*

Fames & sitis quid sint quõ generentur.

Nor.

Vegetatiua sẽper operatur.

Alimẽtum duplex corporeum, & incorporeum.

De inopia uniuersi

parit, lęta anima semper abundat; non eget accommodato sanguine excrementis, & spiritibus, non eget suis ministerijs, & organis; at tristitia oritur ex priuatione horum, aut obiecti lęti, & iucundi, & ex imperfectione, & penuria rerum nocua, & molesta, quæ valent hilaritatem parere, & symmetriam naturalem, conuenientem efficere, seruare præsentem, aut amissam recuperare, hæc est admirabilis Hippoc. doctrina Practica, & Theorica. Tristantur amantes ob timorem, ne valeant consequi rem amatam, & priuentur ea, melancholici omnes tristes, ob spiritus animales tenebricosos, crassos, terreos, frigidos & siccos, & phantasmata horrifica terrorem, & mestitiam inducentia, quæ priuant hominem ex placitis & cupitis. Ideo priuatio eorum, quæ placent, & quæ desiderantur animi bona, vel fortunæ, vel corporis, est causa tristitiæ animæ; tristatur vegetatiua cum priuatur suis obiectis alimento, & alijs: tristatur vitalis, seminalis, sensitiua rationalis, quælibet facultas, dum eget suis consuetis, & accommodatis instrumentis inseruientibus ei, & famulantibus; egentque organis medijs, & obiectis, substantia, quantitate, qualitate, tempore & loco congruis, & similibus. Cur huius insomnij causis præseruationem non adhibet Hippocr. cum tanti momenti sit hæc inopia & inanitio? fortasse ex alterius insomnij cura patebit, & supra repletionem curauit, & contraria contrarijs est disciplina?

Passiones inopiæ corporeæ, & animasticæ quæ, & quot.
Not.
Tristitia amantis.
Cur melancholici tristes.
Inopia animastica.
Not.
Tristitia animæ uegetatiuæ.
Vitalis.
Sensitiuæ.
Rationalis.
Not.
Dubit. de cura huius inopiæ.
Solutio.

Etsi carnes robustissimas quis edere se putet. *admirabilis Hippoc. per hæc verba arcana naturæ nobis manifestauit, robustissimæ carnes robustum alimentum, & sanguinē gignunt, & ad hunc conficiendum robur partium ualidissimum exoptatur, ualidissimè laborat altrix, quæ citra defatigata simile obiectum affert sensui Tactus, & speciem maximè alimenti quantitate, & qualitate.* Si verò debilissimas *contraria inducit insomnia, quæ proueniunt à contrarijs*

Insomnium de robustis carnibus, & eius cura.
Insomnia de debilissimis alimentis, & cura.

cau-

causis, & contrariam etiam curationem exoptant, eadem alijs facultatibus animalibus, sensitiuis, motiuis, rationalibus, vitalibus, seminalibus Hippocr. vnico exemplo accommodanda docet.

De cura maximæ repletionis Athleticæ, & maximæ inanitionis.

Cura maximę repletionis.

Quid indicat virtus robustissima.

CIbos igitur detrahere conducit, *nunc affert indicationes curatiuas, præseruatiuas, & vitales, & aphoristicè medelas proponit, & dicit cibum eße detrahendum, quia virtus est robustissima, & summam repletionem ostendit, hæc verò robustissima eget pauco alimento pro sui custodia, potest enim diu perdurare, natura per se, vt robustissima valet multum, & ualidum alimentum conficere, quod etiam indicatur à causa morbifica, quæ sui diminutionẽ per detractionem alimenti accidentaliter petit, &* Hippocr. *eodem tempore duo Indicantia inspectat, & his duobus remedium unum accommodat, cur non alia præsidia enumerat, quàm diætetica? an quoniam etiam ex hac uberrima affectus repletionis ortum duxit? an ea sola sufficit ad repletionem tollendam, & debellandam? si loqueretur de aliarum facultatum repletione, sensitiuæ, motiuæ, rationalis, seminalis uitalisque fortaße alia remedia attulißet pro singula repletione adimenda; sed uno exemplo uult nos admonere, quo modo reliquæ repletiones aliarũ facultatum medicandæ sint.*

Dubit. de virtute valida.

Dubitatio.

Solutio.

Aliud insomnium de alimento plurimo, pane.

Sed & panes. *Hoc etiam insomnium exurgit à cibis plurimi alimenti, & eorum spectris, panis enim, caseus, & mel summum præbent alimentum, ut docet Gal. lib. de aliment. fac. capit. de pane, caseo, & melle. Singulare hoc somnium protulit de pane, quemadmodum etiam locutus fuit de car-*

nibus

nibus robustissimis in genere, & eadem etiam sunt instituenda remedia.

Cura huius insomnij.

Aquam puram, *somnium ab aqua pura bonum est, sanguinem, spiritus, & solida pura ostendit, & non egere alimento, sed vehiculo tantum, quod vehiculum vt aqua non nutrit; intimas vires naturæ, & inclinationem* Hipp. *contemplatur. Cur vero non dixit vinum? an vinum & sanguis repletionem, aut defectum significat, & tractat* Hippocr. *de repletione potissimum attinente ad nutritiuam uirtutem, ad uitalem, naturalem, & seminalem, quæ etiam requirunt singulæ singula remedia accommodata sibi ipsis & propria.*

Aliud somnium de aqua.

Aqua vehiculum alimenti.

Dubitatio, solutio de uino.

Reliqua omnia nociua sunt: somniare se edere aut bibere malum est, nũciat defectum corporis aut excessum, natura enim insurgit ad appetendum. pro eius restauratione, & conseruatione deperditum. Cura innotescit ex pluribus supradictis, nam oportet addere, & augere sanguinem, et alimenta, ut resarciatur, quod amißum fuit: Contemplamur igitur insitas proprietates Naturæ, quas nobis manifestat Hippocr. *per hæc insomnia, & quomodo sit succurrendum Medicis auxilijs indicatis in præsentia, uel à nimia repletione uasorum, uel inanitione: perscrutemur hoc exemplo pertinente ad facultatem nutritiuam, quomodo nos medicari deberemus repletionem, & inanitionem, facultatem sensitiuã aut motiuam, aut rationalem, aut uitalem, aut seminalem respicientem. resarcire & curare, quæ repletiones pertinent ad uitia cerebri, cordis & testium; nonne copia & inopia obiecti, seminis, spirituum nocet? nonne* excellens sensibile corrumpit sensorium? *nonne nimia copia, aut inanitio spirituum animalium aut uitalium in cerebro & corde uarias passiones inducit? hæc arcana sunt* Hippoc. *nobis relicta: hæc sunt digna eleganti Practico.*

Insomnium malũ de cibo, & potu.

Cura repletionis, inanitionis per cõtraria.

Cura.

De Insomnijs significantibus sanguinem & spiritus frigidos siccos, immobiles, & de eorum præseruatione.

TEXT. HIPPOCR. XIX.

QVæcunque homo ex consuetis, & familiaribus se videre putat, ea animæ concupiscentiam significant. Quæcunque verò fugit perterrefactus, sanguinem sisti, ac præ siccitate coerceri significant; confert itaque frigefacere, & humectare.

De timore, mæstitia, pusillanimitate, melancholia & eorum affectuum præseruatione, & cura.

COMMENTARIVM XIX.

Insomnia melancholica, & cura melancholiæ, & passionum animi.

LOcutus Hippocr. de appetitu naturali & animali oris ventriculi, vocato fame, et siti, atque attinentibus ad sensum Tactus per insomnia similia, nunc se eleuat in hoc textu ad eam animæ partem, quæ pertinet ad facultatem concupiscibilem rem iucundam materialiter, & vniuersaliter in corde & epate prima manatione, ac quoad determinatum sensiterium & organum, formaliter residentem in cerebro, vbi ostendit, & manifestat magis dilucidè suas operationes secunda manatione, vt asserit Auic. Auerr. & Alexander, imò Hippocr. Galen. & Aristot. etiam si recte interpretantur. Profe-

Vitia concupiscibilis, & cura.

Concupiscibilis vbi residet.

Conciliatio autorum de sede cõcupiscibilis. Aristot. Hipp. Platonis, Galeni, Auic. Auerr.

Profectò homo somnians, se videre amicum familiarem, & consuetum, depromit animam cogitatiuam habere speciem, & imaginem seu habitudinem, & promptitudinem ad familiarem illum, & amicum: Amor & odium, vt materialis, passiones corporeæ spiritus, & sanguinis in corde sunt, sede aĩæ prima communissima, formaliter vero, vt obiecta sensibilia cognita magis manifestę pertinent ad sensoria famulantia, & delegata, atque ad phantasiã, in cerebro, quæ etiã in corde est, sicuti tota anima sensitiua & motiua cõmunissima, tertio vt bona, vel mala ad appetitum sensitiuum. Docet Hipp. *de familiaribus consuetis sæpè, & facilius somniare, vel homines sint, vel equi, vel bruta animalia, vel negotia à nobis quotidie peracta: phantasma enim eorũ memoriæ fixè adhæret, & anima sæpè ad consuetum, & familiare dirigitur, & imaginatur, quæ quidem omnia nunciant spirituum, & sanguinis luciditatem, temperiẽ, supra tex. 3. dißeruit amantes somniare de amatis, amicos de amicis, piscatores de piscibus, & nautas de ventis, aratores de bobus, & terra atque seminibus, milites de armis, bellis & commilitonibus.* Simile *semper* & corporeum, & *animasticum in simile corporeum, & animasticum facilem transmutationem molitur. Eadem conspicua cernuntur in alijs etiam facultatibus vitalibus, naturalibus, seminalibus, sed breuiter exemplificat* Hippocr. & *per insomnia medicam practicam & theoricam nobis miro artificio, & mira breuitate propalat;* Quæcunque verò fugit perterrefactus, *fuga & perterrefactio sunt cordis passiones, obiecta cognita vt mala, & pusillanimitatem concomitantia, hac vero consequitur* subtilitatem spiritus vitalis, *vt Auic. statuit lib. de virtut. cordis, c. 7.* Deinde frigiditatem complexionis illius, & cordis respectu terribilium; Cor enim non facilè tolerat terribile nocitiuum corporale: debilitatem

Insomnium de familiaribus nũciat puritatẽ corporis.

Cur simile mouet simile.

Insomnia perterrefacientia, quę significant.

Quid perterrefactio, & quomodo.

Auic. lib, de virtutibus cordis.

Auic. lib. de virt. cordis.

Arist. 4. Moral. lib. physion. 27. probl.

Passiones animi à temperamento totius, spiritus, & sanguinis prouenjunt

cordis, & pusillanimitatem facit obiectum nociuum proprium retundens, hebetansque naturalem calorem cum victoria frigoris: *differt pusillanimitas cordis, & debilitas à tristitia, vt docte inquit Auic. Primò* obiectũ tristans nocitiuũ animale, habens spiritũ vitalem densum & calidum, *& sequitur id inflãmatio naturalis caliditatis, & aliquãdo inuadit, nociuum resistit, repellit: & si fugit nociuum animale, sequitur appetitum electiuum, voluntarium, & eligitur sponte ea fuga, non ratione timoris.*

Pusillanimitas q̃d sit, & qũo generatur.

Debilitas cordis quid sit.

Auic. ibid. c. 8.

Timor quid sit, & qũo generatur.

Sanguis, subtilis, clarus, & aquosus, qualis ceruæ, & damarum, *(teste Arist.)* & frigidus disponit ad cordis debilitatem, & timorem, & tunc spiritus celeris resolutionis propter suam subtilitatem, & exiguæ quoque generationis propter frigiditatẽ, est grauis motus ad extra, & modicæ inflammationis propter frigiditatem & humiditatem. Ideo non disponitur ad lætitiam, neque ad iram; sanguis verò grossus, turbidus, calidus ad iram, audaciã tristitiamq; disponit; ita spiritus, sanguis deinde crassus, at non turbidus, sed frigidus efficit hominem neque tristabilem, neque iucundum, nec fortis iræ, sed mediocriter timidum, hebetem, & sincerum in omnibus rebus propter similitudinem sui spiritus ad sanguinem eius. Tandem sanguis crassus turbidus, & frigidus reddit hominem desolabilem, tristabilem, & etiam lentas iræ, nisi ex forti causa, & firmior rancoris, & odij. *Quid profectò est odium & rancor nisi* perseuerantia formę nociui, & affectus ad vindictam sumendam in imaginatione, seu phantasia? licet firma vltimum actum consequi non valeat, ira velox si esset, rancorem, aut odium non pareret, imaginatur aliquando sumpsisse vindictam ob affectus & formæ impressæ robur, & nociui infirmitatem, timorem, aut desperationem,

Irę, audacię origo.

Trist itia desolatio quid sit.

A quib. causis fiat. odium, rãcor quid sit, & causæ eorũ.

Not.

nem, aut fugam non potentis inducere, vti de pueris, mulieribus, ignauis, vilibus, pauperibus, qui quasi sumpta vindicta imaginantur. Sed aliquando deletur rancor, odium, & affectus ob timorem, & magnitudinē nociui obiecti, *vt si esset rex ac potens exuperans vires iræ cordis*, imaginatio mouetur secundum repræsentata, non secundum exigentiam rerum: homines mel abhorrent, quando repræsentatur eis, assimilatio euomitæ colerę. Dum igitur similitudo offertur imaginatrici, aut propter vehementiam desiderij, aut propter leuitatem acquirendi desideratum, imaginatiua, ac si potita fuisset, ac si realiter esset, res imaginatur.

Quo imaginatio mouetur, secundū repręsentata, non secundum exigentiam rei Not. Cura.

Ad omnem passionem, vel actionem moliendam non solum agentis vis, sed dispositio ac preparatio spectatur, atque pariter vis resistentiæ passi, & dispositio, & preparatio ad resistendum; exempli gratia, Ignis ligni quercus agens in lignū salicis, primo in eo est vis actiua ignis, & dispositio siccitatis, & crassitiei ligni quercus ad agendum, & reisstendum in actione: è contra in ligno salicis est vis debilis resistentiæ, & præparatio, & dispositio facilis ob tenuitatem, & aereā substantiam ad receptionem formæ ignis: in animæ passionibus amore, odio, rancore, timore, męstitia, pusillanimitate, audacia, gaudio, & huiuscemodi tria sunt, affectus primo corporalis & passio, & secundo cognitio, vel apprehensio formæ sensatæ, seu obiecti, vt ueri uel falsi ab imaginatione, ut tertio boni uel mali, iucundi, uel iniucundi ab appetitu, affectus quidem primo cordis, spiritus uitalis, & sanguinis, et præsertim iræ & timoris, audaciæ, temeritatis, pusillanimitatis, amoris & odij quatenus ad irascibilem spectant, & ad fontem uniuersalem totius animæ; Cor, sed postea hi affectus magis specificantur, secunda manatione, ut inquit Auic. loc. citato, & Alex. Aphrod. in 1. de Anim. quæst. ult.

In actionis agens patiens, consistēs expectantur.

Tria in passionis, passio, cognitio, appetitus requiratur.

Primus affectus 1.

in

in proprijs sensorijs concupiscentiæ alimenti, & uoluptatis uenereæ magis manifestantur apertè in epate, & testibus.

Secunda cognitio.

Apprehensio uerò formæ sensatæ seu cognitio obiecti amabilis, uel propter utilitatem, uel honestum, uel uoluptatem pariter obiecti cognitio odibilis, melancholici, & nociui animalis: aut nociui & terribilis corporalis, ardui atque difficilis, sed honesti & boni, atque fortis ab imaginatiua cognoscitur in corde primo, sed dilucide magis in cerebro specificata, unde postea sub ratione boni, uel mali tertio excitatur appetitus sensitiuus, irascibilis, aut concupiscibilis, tandem quarto supereminens appetitus uoluntarius, rationalis, seu uolūtas dominatur, & imperat ad apprehensionem, uel ad fugam: hæc oīa sunt in corde primo uniuersaliter, et deinde alibi proprijs ministris assignata clarius apparent. ubi anima ibi affectio, cognitio, appetitus. Primo animaduertēdū, an primo corporaliter materialiterque hi affectus accendantur in spiritibus cordis, & sanguine, deinde complexione cordis, an secundò è contra facultas, & potentia sic disposita ad tales affectus pro complexione cordis spiritus & sanguinis parati, sed magis spiritus, deinde sanguis, et postea Cor. unde excitatur Affectus ab imaginatrice, & sensu communi cognito obiecto, modo contrà, & præsertim in somno primo affectus materialiter producitur in spiritibus, & postea sanguine, et demum in substantia uiscerum & eorum facultatibus, & postremo mouentur spiritus animales, & phantasma in memoria & imaginatrice, uel primo mouent sensus particulares exigue, ac ferè torpide in nocte, & hinc postea sensum communem, & tandem imaginatiuam. Conspicitur manifestè mutua actio corporis ad animam, & animæ ad corpus, testimonio Hipp. Arist. et Auic. locis citatis. redeat oratio, & expositio ad textum Hippocratis.

Tertio appetitus.

Origo harum passionum varia.

Modi varij autores harum passionum

Quō in spiritibus, ī sāguine, ī corde, ī imaginatiue sint affectiones, & passiones animi corporeæ, & incorporeæ.

Est mutua actio corporis & animę

Quid, & quomodo perterrefactio fiat.

Perterrefactio *est apprehensio obiecti terribilis, corporalis,*

poralis, & facit fugere, orta quidem à spiritu celeris resolutionis propter suam subtilitatem, & exiguæ generationis propter frigiditatem; grauis motus ab extra, & modicæ inflammationis propter frigiditatem, & humiditatem productam à sanguine subtili, claro, aquoso, & frigido, & temperie frigida *cordis; iure hoc somnium efficitur ab his causis. Et demum ex his dictis Hippoc. & Auic. statuendum videtur, Gallos, Britannos, Germanos, Sarmatas, Europæos, animosiores esse ob multitudinem sanguinis, sed post primum impetum deferuescere ob sanguinem dilutum, Indos, Mauros & Syros, Arabes primo impetu non excandescere ob sanguinem eorum paucum, & siccum, at accensos pertinacissimè postea pugnare, & in tela ruere; pariter etiam animalia, Tigres, Leones*, Viperas, *Rhinocerontes, in calidis locis nascentia.* Sanguinē sisti, & præ siccitate coerceri significat. *Nā sāguis à perterrefactis non mouetur ad externas partes, spiritus et facultas sunt debiles, de quibus supra prolixa oratione actū fuit, & lib. de idea &c. & sermonibus Academicis: manet igitur ob siccitatē quietus, humiditas fluxibilitatē inducit, et liquiditas*. Confert igitur frugifacere & humectare, *nūc tradit Practica ad præseruationem sanguinis & spiritus nimis frigidi, & sicci atque debilis, & præter naturam quiescentis. Duo sunt, vt etiam decernit Arist. 3. Polit. 7. & 7 Polit. 18. à Medicis practicis obseruanda, vnum, vt propositum, & finis agendi rectè dignoscatur, aliud, vt eæ actiones, quæ ad illum finem conducunt, rectè inueniantur: oportet quale, quid esse sanum corpus rectè indicare, deinde dirigere opera ad subiectum sibi finem, &* Medicus qui rectè medelam attulit, indicat se scire etiam mederi, & sanitatem ægrotantibus afferre, & rationem suę medelæ apud alios Medicos reddere; item Medicus vocatur,

Auic. ibid. c. 8.

Varij mores è regionibus acquiruntur. Sicuti à cibis, & consuetudine, atq; temperamento.

Arist. libris de an. Galen. lib. quod animi mores sequuntur temperamentum corporis

Cura passionum narratarum in genere, & specie.

3. Polit. 7. 7. Polit.

Triplex Medicus, qui agit, qui præcipit, qui peritus est

tur,& ille qui agit,& secundo ille,qui pręcipit & ostendit, & tertio qui à pueritia expertus est circa artem. Non est Medici ægrotis persuadere,vel vim inducere, tribuimus tamen iudicium non minus expertis, quàm scientibus. *Quid igitur pro curatione in perterrefactis statuit Hippocr.? nisi oportere frigefacere, et humectare quia sanguis præ siccitate coercitus indicat humectationem, quæ apparet in humore magis liquido, & fluxili, quàm crasso & sicco?* *Sed dubitatur de altera Indicatione* (frigefacere) *cum potius videatur operæ precium esse calefacere. timor, fuga, apprehensio nociui & terribilis à frigiditate producuntur, calefacientibus egent. Respondendum, multas esse indicationes in huiuscemodi affectu, prout variæ sunt causæ, & effectus concomitantes, & prout considerat in curatione, aut in præseruatione, sumit Hippocr. præcipuam indicationem frigefaciendi à spiritibus celeris resolutionis propter sui subtilitatem, ne euanescant, & dissipentur, ab hac causa vrgente accipit indicationem frigefaciendi cor externis epithematibus, nam per antiperistasim augetur calor internus, & inhibetur constrictione pororum, ne spiritus subtiles inaniantur.* Hieme *quidem* ventres etiam calidiores euadunt, & dolor colicus, & podagra curatur ab Hippocrate aqua frigida. *doctissimus Hippocr. bene agẽs, & dignoscens quale corpus ægrotabile, opera dirigit ad subiectum finem, ne spiritus exiguus celeris resolutionis extinguatur, & dissipetur, & cor absque spiritibus refrigeratum tandem moriatur: maximè quidem vrget tueri spiritus, calorem etiam seruare, & cor vitæ fontem. Hæc sæpè sæpius in syncope, & animi deliquio exercentur. Intus verò non negarem calida esse exhibenda, vt intemperies cordis frigida, sanguis frigidus, aquosus, clarus incalesceret, temperatus & mediocris substantiæ, actionis & resistentiæ exurgeret,*

Indicationes pro perterrefactione.

Dubit. de perterrefactis.

Cur oriatur indicatio frigefaciẽdi dubitatio.

Solutio de cura frigefactionis in perterrefactione.

Indicatio vrgens i spiritu resolubi vrgente.

1, aphor.
7. aphor.

Solutio cur vtatur frigefacientibus.

Not. pro syncope.

Not. quando calida exhibenda.

geret, & spiritus copiosiores, viuaciores, temperati atque calidi efficerentur. Hippocr. *vrgentiori indicationi succurrit statim expergefacti somniantis tale somnium, imò pariter insomnio terrifico refrigerante spiritus & sanguinem, & orto à sanguine, & spiritibus frigidis exiguis, & resolubilibus, manifestè apparet hæc omnia conuenire, & congrua inuenta à perito Medico administrari intus, & extra.*

Quando agendū refrigerãtia, & calefacientia.

Conciliatio per intus & extra eodem tempore.

De Insomnijs significantibus quietem spirituum, & humorum præter naturam, & de præseruatione eorum, aut malam crisim.

TEXT. HIPPOCR. XX.

QVVM verò quis pugnat, aut pungitur, aut ab alio ligatur, secretionem circuitui cōtrariam corpori contigisse significat. conducit igitur vomere, & attenuare, ac deambulare, & cibis leuibus vti, & à vomitu ad dies quinque sensim renutrire. Quin & oberrationes & ascensus in somnis visi, grauia significant.

De affectibus consequentibus malam crisim, & excretionem humorum, & eius cura: de symptomatibus in excretis, retentis, & exeuntibus.

COMMENTARIVM XX.

Symptomata de retentis præter naturam.

Per insomnia pugnæ, puncturæ.

Insomnia pugnæ, puncturæ, strictura, ligaturæ.

De secretione humorum symptomatica ad varia loca.

Secretio bilis ad varia loca.

HIppocrates ad somnium naturale animasticum, & corporeum, ad affectus corporales attinentes animæ altrici nũc accedens Medice & Philosophice perscrutans naturæ arcana vtilia Medico practico, & perito, inquit, si quis somniet se pugnare & pungi, aut ab alio ligari, significat contigisse iam actu factam esse secretionem excremẽtorum, nempè humorum expulsionem molitam esse contrariam corpori, & hanc vel attractam calore, dolore, vi vacui, vel expulsam, & delegatam à robore expultricis, vel susceptam præter naturam à debilitate partis; cum enim, exempli gratia, debeat naturaliter expurgari bilis per vesicam felleam, ac intestina, si vergit hæc excretio per venas, & cutim est contraria circuitui, & tunc oritur punctio membrorum, vel icteritia, vel erisipelas, vel herpes exedens, vel alia, & simulacra pungentis imaginatrici, concitaturque pugna in corpore inter facultatem, & humorem morbificum. Si verò adhuc magis hæc bilis, vel pituita occupet Cor, thoracem, epar, ventriculum, cerebrum, & viscera alia, adeò vt motus eorum viscerum naturalis imminuatur, aut auferatur, aut actio concoquendi, sentiendi, mouendi, intelligendi, vt in incubo, ephialte, qui fit dum homo imaginatur se grauari à pondere thoracis ob impeditam fluxio-

Secret.o melancoliæ ad varia loca.

Secretio pituitæ.

Ephialte quid sit.

fluxionem spirituum animalium ad musculos thoracis, tunc videtur homo ligari ab alio, vel re violenta, aut quando paralysi, aut apoplexia, aut epilepsia, aut lethargo impeditur, actiones enim tunc temporis & munera sua naturalia anima exercere nequit, & organo eius ligata copia, mole & qualitate vitiosa occupantur, ita de alijs omnibus excretionibus per aluum, vesicam, ambitum vniuersi, dicendum, quia Hippocrates breuitati studens unico exemplo plura nos docet, & practicas regulas, & methodum cognoscendi & medendi tradit. Sanguinis, aut excrementorũ præcipuè (secretio) multiplex in humano corpore cxperitur, una naturalis, altera uiolenta. Naturalis quidem triplex apparet, prima excrementorum primæ coctionis in uentriculo fecum, & pituitæ. Secunda secundæ coctionis in iecore, bilis flauæ, ad uesicam felleam, excrementi melancholici ad lienem, In gibba etiam epatis secernitur serosa & aquosa humiditas ad renes, & excrementum seu sedimentum crassum, ex quibus duobus naturalis anima consistit. Tertia est omnium uiscerum, & fit excretio fuliginum, & sordium, quæ sunt excrementa tenuia & crassa tertiæ coctionis. Est & alia excretio naturalis humorum alimentalium, ut chyli ad epar, sanguinis per uniuersum corpus, & ultima secretio spirituum vitalium, animalium, naturalium, & seminalium per suas vias tempore, modo, loco, quantitate designata Quando verò hæ omnes secretiones, & excrementorum aut chyli, aut sanguinis aut spirituum imminutæ celebrantur, vel deprauatæ, vel ablatæ, tunc necessario natura has noxas percipit, & potest insomnia promouere, & repræsentat imaginatrici, quæ imaginatur pugnare, pungi, aut ab alio ligari, prout humor, vel acris, vel mordax, & deprauat, & pungit, aut copia & mole impedit, & ligat. Hæc est doctrina practica breuis de omnibus symptomatibus humorum aut spirituum

Duplex excretio naturalis, & violenta.

Secretio sanguinis & excrementorũ. Quæ excrementa vniuersi corporis primæ, secundę, & tertiæ coctionis. Cerebri. Cordis. Ventriculi. Epatis.

Excretio spirituũ.

Excretiones naturales vniuersi corporis, & præter naturam,

Quomodo insomnia excitentur ab excretionibus

retentorum, seu exeuntium præter naturam.

His omnibus noxis enarratis breuiter ab Hippoc. summoque cum artificio tradit etiam medelam, inquiens (conducit igitur vomere, attenuare, deambulare, cibis leuibus vti.) *Nunc proponit remedia indicata à proprijs indicantibus, & maximè loquitur de secretione pituitosæ materiæ delatæ ad viscera, aut bilis etiam: sæpè & frequenter hoc symptoma contingit, ad excrementa à stomacho, & à iecore genita laudat vomitoria, vt euacuet, & emundet ventriculum & reuelleret his, ita de reliquis eßet dicendum, & obseruandum.*

Curæ excretionum p. n. humorum. Indicationes pro his.

Sed oritur etiam alia indicatio attenuandi crassos & uiscidos succos, & calefaciendi frigidos: Attenuantia quidē medicamenta, vt plurimum calida, & sicca, & concoquunt pituitosos humores, & vias fluidas, & apertas reddunt, nam cũ quis purgare voluerit corpora, oportet ea prius fluida facere, *si erit bilis, refrigeranda, & humectanda, si melancholia calefacienda humectanda, attenuãda, & per contraria concoquenda. Præter medicamenta recenset etiã Hippocr. deambulationes respicientes potissimum excrementa tertiæ coctionis stabulantia in ambitu vniuersi corporis, vt animaduertat Hippocrates semper sedem affectam dignoscendam.*

Medicamenta.

2. aphor.

Ambulatio pro excrementis tertiæ coctionis.

Porrò ambulationes ipsæ etiam calefaciunt, exsiccant, attenuant, & euacuant per transpirationem, & multitudinem humorum, & superfluitatem adimunt, quæ in cute vel ambitu vniuersi adeßent in qualibet lassitudine, seu cutanea affectione. Ad has indicationes explendas conducit etiã tertium indicatum, & remedium, diæta ciborum leuis, & pauci alimenti & copiæ, & substantiæ tenuis per dies quinque, & iterum à vomitu sensim renutrire per alios dies quinque. Hæc diæta est alimentalis, & medicinalis indicata

Vtilitates ex ambulatione. Vsus ambulationũ.

Diæta.

cata iure merito prima à rebus naturalibus, & secũda præter naturam: uires grauatæ copia excrementorum, aut qualitate labefactatæ nequeunt alimenta copiosa concoquere, nisi pauca & leuia ac tenuia, vt facilius elaborentur, & distribuantur. facilius *quidem* est impleri potu, quàm cibo, *dies illi quinque est tempus indicatum à præsentia, & virium, & excrementorum, quæ possunt per dies quinque & sustinere hanc diætam, & concoqui à calore naturali. Transactis his quinque diebus iterum eadem mensura, & ordine, quo fuerunt & vires & excremeuta extenuata, eadem mensura, & ordine, & tempore resarcienda veniunt, cibis tamen optimi alimenti, & facilis distributionis (nam uirtus debilis neque multa, neque crassa, & dura concoquit) quorum materiæ erunt ptisana hordeacea, ius pulli oua sorbilia, carnes hedinæ uitulinæ, ueruecinæ, phasiani, turdi, & uariæ pro singulo humore peccante, aliæ materiæ diæteticæ in sex rebus aere, cibo, potu, somno, uigilia, inanitione, repletione, animi & corporis passionibus conueniunt bili, aliæ melancholiæ, aliæ pituitæ, aliæ sanguini, biliosis, pituitosis, melãcholicis, sanguineis affectionibus, & retẽtis, et exeuntibus, ita de spiritibus retentis, aut exeuntibus dicendũ uenit, ut hoc loco esset agere uniuersaliter de his oĩbus.*

Diæta alimentalis indicata à rebus naturalibus. Diæta Medicinalis indicatur à rebus præter naturam.

2.aphor. Dies quinque à quo indicantur.

Materiæ diætetice.

Quin & aberrationes & ascensus. *dum somniat aberrare iter, huc, & illuc uagari, dum somniat ascendere altius, & descendere: Profectò grauia mala & graues affectus præsignat propter succos aberrantes, & spiritus & huc illuc impetentes, & præsertim dum cerebrum, & cor inuadunt, ut breuiter unico exemplo omnia uitia, cerebri, cordis, hepatis, uentriculi, uesicæ, uteri nobis præscribat ante oculos.*

Insomnium de itineris aberratione adnotans vitia humorum & spirituũ aberrantium turgentium.

Dicet quis, cur cum hoc phantasma, & insomnium ortum ducat ab humore turgente, & aberrante, & mala grauia portendat, & principes partes læsas, curam & medelã non

Dubit. de cura, & humore turgente.

affert Hipp. & silentio inuoluit, cum maximi momenti hæc foret in morbis tam grauibus & periculosis? An dicendum, non meminisse fortasse, quia eadem ferè est ac superior, & eadem remedia supra recensita huic etiam aberrationi, & ascensui, descensui conueniant? Secretio pariter contraria corpori & circuitui reuellenda est, humor turgens euacuandus, alterandus, concoquendus, sedes affecta roboranda, idea affectionis per contraria adimenda, aut uomitu, attenuantibus, aut ambulationibus, cibis leuibus, qui turgidos humores placidos reddunt, & titillantes demulciunt? Tardare autem malum? Duo quidem in nobis conspiciuntur motus, unus elementaris, & à facultate perpetuus in uenis arterijs, & partibus naturalibus, cum fluxu, & refluxu Euripo, & hic, uel secundum naturam, uel præter naturam; alter uoluntarius ad placitum, facilior est descensus quàm ascensus, in descensu unum crus semper directum est, in ascensu uero utrumque est curuum, quam rationem manifeste declarat Arist. 2. probl. 38. inquiens, motus acutos magis tales facere, hebetes verò minus, ingressus per accliuia hebetiores magis mouere sudorem, & amplius calefacere, quàm decliues.

Solutio.

Cura petenda est supra.

Humorum turgentium, aut fluêtium indicationes.

Duo motus in nobis influxus, refluxus Euripi. & secũdum naturam, aut præter naturam.

Cur facilior est descensus, quã ascensus.

2. Probl. 38.

Motus acutus, vel hebes.

Motus per accliuia, quàm per decliuia sudorem, & calorem mouere.

De Insomnijs à motu, & qualitate humorum, membrorum epilepsiam, insaniam significantibus, & de eorum curatione.

TEXT. HIPPOCR. XXI.

ELuminum transitiones, & hostes armati, monstra, formæ peregrinæ morbum, aut insaniam significant. Confert itaque his, qui talibus insomnijs vexantur, cibis modicis vti leuibusque ac mollibus, itemque vomitibus atque

atque sic sensim rursus ad dies quinque cibum exhibere. Vtendum & laboribus naturalibus multis, præterquam à cęna. Calida lauacra, & ocium frigusque ac Solem vitent. Qui igitur his, quemadmodum conscripta sunt, vtetur, vitam sanus deget; & inuenta est sana à me hæc ipsa diæta, quantum possibile est humano ingenio excogitare Dijs auxiliantibus.

De Epilepsia, Insania, & earum curatione, & similibus.

COMMENTARIVM XXI.

Tandem Hippocr. in hoc vltimo contextu allegorica somnia enarrat desumpta ab humorum motu, & qualitate præter naturam; nempè qui putat se somno flumina transire, hostes armatos videre monstra, & formas peregrinas *de quibus supra text. 14. 17. ex his verbis res varias in natura significat, & varias species; an in vno insomnio hæc omnia uideat, an singula separatim, semper tamen morbum, aut insaniam prænunciant, vt testatur etiam Arnaldus libello de Insomnijs: omnia simul eodemque tempore (cum plurali numero loquatur) constant; equidem vno insomnio, & eodem tempore humores verò varios effectus inducunt, & plures ac varias noxas corpori impartiunt, & præsertim cerebro.* (Transitiones fluminum) *quid aliud præsignant, quàm copiam & motum humorum fluidorum? hostes armati nonne* quid diuinum in morbis *designant rebelles qualitates? nonne malitiam resistentem medicamentis & naturæ? Monstra verò vitia à toto genere præter naturam,*

De motu humorũ qualitate præter naturam per allegorica insomnia.

Dubitatio de his insomnijs.

Solutio.

Quæ monstra & qualia.

& venefica, & raro contingentia formæ peregrinæ nonne essentiam non terrenam, & nobis non cognatam, aut consuetā, haud huius interioris mundi participem manifestant? sed ex alia regione, aut cælo demissam præferunt? per morbum *vel proprie per se lędentem, Primo operationem immediatē, uel causam morbificam, uel symptoma, sed rectius per antonomasiam declarauit pestem, quæ uulgo dicitur morbus, aut epilepsiam, quæ appellatur morbus sacer. Per insaniam Hippocr. intelligit furorem maniacum absque febre: Deliratio est functio deprauata facultatis cogitatiuæ propter spectra nimis mobilia, & inordinata, atque incongrua à spiritibus animalibus præter naturam accensis, et motiuis: spiritus hi mouentur etiam, & accenduntur à bile copiosa fluitante ad cerebrum, aut à sanguine subtiliori calido, aut melancholia exusta. Vexati insania uaria cogitāt, sanguinea cū risu, biliosa cum ira, melancholica cum studio & mærore, atrabilaris cum furore, & nece, ferina à feris succis, quæ appellatur Dæmoniaca, lupina, canina ab Auicenna. Verum si huiuscemodi succi non solum spiritus, sed potius uentriculos cerebri, & membranas inuadunt, phrenitidem pariunt, & conuulsionem, aut epilepsiam, aut apoplexiam.*

Per nomen morbi quid significat.

Insania quid sit, & quotuplex.

Delirium absque febre quid.

Speties insomnia tres.

Phrenitis quid, quotuplex.

De cura Epilepsiæ, atque Maniæ.

De cura epilepsiæ

COnfert itaque his, *nunc medelam harum affectionum tradit Hippocr. & desumit eam ab indicantibus curatiuis, præseruatiuis, & uitalibus, ut hoc exemplo aphoristico ducat nos ad methodum medendi reliquos omnes morbos, causas morbificas, & symptomata, mira breuitate gaudens plura docet. Vexati solent appellari, qui maximè laborant, & à spiritibus immundis.*

Primo

Primo Diætam seu victus rationem instituit indicatam à rebus naturalibus per sui similitudinem custoditis, & rebus præter naturam limitatã copia qualitate, & motu, & tempore. Modicam, *modica quantitas indicatur à virium modica actione, & passione, quæ valet modicos cibos concoquere, vt iubet Hippocr. 1. Aphoris. & scundario non auget succos, imò coercet (leuem,) idest cibos substantia ac vi à passione virium facilè passibiles, & præsertim ab humorum qualitatibus, vt frangant calidas qualitates, refrigerent, et motus compescant. Vomitus verò, vt humores biliosos reuellant, & ventrem euacuent excrementis, secundo, vt cibi facilius per vniuersum permeent. Atque sic sensim rursus ordinem denotat ad priora, sicuti per dies quinque detracta victus ratio ad tertiam, sic sensim paulatim ad alios quinque augeatur.* Laboribus naturalibus & multis *pro materijs remediorum recitat labores naturales, non violeutos, non nouos & insuetos, sed eos, qui à principijs naturæ fiunt, & naturales actiones tuentur, ac conseruant.* Multi sint, *quia indicantur à multitudine excrementorum, & perseuerantia indicantis, vt non solum superfluitates naturæ, sed auctas præter naturam euacuent: æquale morbo & causæ morbificæ debet esse remedium.* Præterquam à cœna, *à cœna docet ambulare in naturali statu, ita à cena in præter naturam & insania, & epilepsia correptum non decet, ne impura corpora agitentur, & vitiosi succi ad caput eleuẽtur à cena, affectusque augeant. Gal. iubente plethoricos, & cacochymos non violenter exercendos, ne propter eliquatos succos abundantes corripiantur epilepsia, apoplexia, & syncope.* Calida lauacra, *fugienda ne succi magis accendantur, & fluxiles fiant, otium verò eos auget, & coaceruat, Sol colliquat, frigus condensat cutim, & gignit pituitosa recrementa contraria contrarijs administranda; & adiuuan-*

Diætæ triplex.

Quantitas diætæ.

1. Aphor.
Modus diætæ.

Quando et tempus.

Labor duplex naturalis, et violentus.

Quantitas laboris.

Dubitatio.
Quando.
Cõciliatio de motu à cœna.
Solutio.

Lauacra, quæ & quando.

Dubitatio. Cur maniaci à frigore et ocio læduntur. Solutio.

uantibus, & lædentibus, si calida nocent, ergo frigida iuuāt. Dubitabis? cur à frigore, & ocio maniaci noxam accipiant? cum potissimum frigus, & ocium aduersetur insaniæ? Respondendum an frigus externum poros claudit & prohibet transpiratum excrementorum, interna tamen refrigerantia, & humectātia non vetita ab Hippocr. opitulabuntur.

Epilogus Hipp.

Qūo sanitas tueatur, & amissa recuperetur per insomnia iam proposita.

Qui igitur his quemadmodum conscripta sunt. *Nunc his verbis explicat Hippocr. doctrinam practicam dicens, oportere ægrotantes vti his, quæ conscripta sunt, si uoluerint sanam vitam degere, et tueri sanitatem præsentem, aut uiolatam resarcire per insomnia iam prænunciata.*

Et quæ debet cognoscere coniectator insomnij, & Medicus elegans pro his insomnijs, & eorū significatis

Hippocrates perfectus artifex somniorum, perfectus naturæ imitator, per hæc insomnia rationibus, experimentis comprobata parxim medicam perscrutatur, methodumque uniuersalem, & particularem ante oculos collocat, et congrua instrumenta vtrique sanitati, chirurgica, pharmaceutica, & diætetica (perspecta semper occasione, & initio accessionis, vt docet in Epidem.) loco, tempore, & modo administrandi has materias indicatas ab illis tribus genericis indicantibus, vitalibus, præseruatiuis, & curatiuis virtute totius, & partis à morbo, causa proxima, & immediata, & symptomate vicem causæ præ se ferente: Fine fruimur per media, & diætam in sex rebus non naturalibus, aere, cibo, potu, somno, & vigilia, inanitione, & repletione, animi, & corporis motibus semper magnifecit, & uictus rationem in acutis, & chronicis accuratè proposuit 1. aphoris. & lib. de rat. uict. imo profitetur, se Diætæ fuisse inuentorē, se in tenuē tenuissimam & plenam diuisisse, in morbis peracutis, acutissimis, acutis, longis, longissimis, & prælongis.

1. aphor. Libro de rat. vic. Hip. diætæ inuentor. Species diætæ.

Quis profectò quantitatem, qualitatem, modum & tempus diætandi exactè inuenit & perfectè instituit, nisi Hippocrates? qui eam prælegit quando uirtus debilis, & qūo pa-

parum, aut sæpe requirat alimentum, & quomodo purum, liquidum, facilè concoquibile, & quando ualidum, maximum, diuerso respectu? nam eadem uirtus, & multum & paucum & ualidum, & debile & liquidum & crassum indicat, & quali uictu in statu utendum? is est signum uirtutis tunc temporis grauatæ à morbo, cui urgentiori magis intendimus, quàm uirtuti permittenti & toleranti talem diætam, & indicanti ut grauata & debilis, idcircò ptisana, cremore eius, uino potenti, aut oligophoro, cursibus, laboribus, deambulationibus, curuis, rectis, circularibus, multis aut paucis, continuis, aut interpolatis, per accliuia, aut decliuia utitur, ita frictionibus, uomitibus, attenuantibus, balneis, & similibus; nonne proponit oxymel, mulsam, aquā hordei? nonne exhibet uictū humidum pueris, senibus & conualescentibus accommodatum? nonne respicit temperiem, habitum corporis, ætatem, sexum, ante actam uitam, consuetudinem, aerem, regionem & tempus anni. Hæc omnia, & in hoc libello, & in 1 aph. et lib. de diæt. de uict. rat. & alibi decreuit, tandem ut ostendat suam modestiam, nonne ait se fuisse inuentorem, & inuenisse, Dijs auxiliantibus? ex his insomnijs, & significationibus ab Hippoc. explicatis, per Commentarios, & interpretationes mysteria medica scrutantur. His operam nauet Philosophus, his experientiam, & rationem accommodet Medicus, his consilium, & media dirigat, ut Hippocratem imitetur. Hactenus Commentaria Excellentiss. Ioan. de Colle Medici Phisici in lib. Hippocr. de Insomnijs.

Diæta idæa quid agendū significat genericum specificū, & indiuiduale.

Secundo cō sequētia essentiam diætę recta administratio.

Regimen conualescentium.

1. aphor. 2.3.4.5.

FINIS.

Errata in libro de Insomnijs in epistola dedicatoria — Correcta

In fine publico lui	publicæ luci
in epistola ad lectorem	
pag.1. in fine pe	per
pag.4.versiculo 5.diuulgarit	diuulgauit
6.vtero	vtere
pag.2.u.12.alricis	altricis
pag.4.u.18.elauatur	eleuatur
pag.6.u.14.egens	egent
u.22.qua	quæ
pag.7.u.11.neque vix	neque uis
p.9.u.14.parũ assequuntur	partim assequũtur
p.10.u.1.notandum.Est	notandum est
p.13.marg. tertia, res ĩ corpore	oẽs in corpore
u.25.læsio sanitas	sanitas
p.14.u.16.diuinis	diurnis
p.15.u.9.temperie	tempore
p.16.u.19.malo	malæ
p.23.habitum	halitum
p.24.u.7.medio ore	mediocre
p.37.margine vltima secundæ	duplex
p.38.margine omni c.	Auicenna
p.49.u.9.videte	videre
p.50.u.2.indiuidue absoluti	ĩdiuidui absolute
p.51.u.22 deputentur	depurentur
p.58.u.6.à ructibus	à fructibus
p.59.u.28.sensitiua	sensitiuæ
p.60.u.27.affectiue	effectiue
p.61.margine dependentia	& dependentia
p.64.margine Medicus quib.	Medicus qualis
in plantis	in planis
u.21.Aristotelis	Aristoteles
p.70.margine coloris zabile, della	coloris videlicet à bile, melancholia

p.71.u.25.iurbationem	turbationem
u.26.potos	poros
u.27.lucidu	lucidus
p.72.u.10.diffabile	difflabile
16.ienuium	tenuium
p.73.u 29.non.n.cedit	non cedit
p.74.margine tertia agendis	agendum
p.76.margine 7. soluit morbi	solius morbi
u.29.priaui	praui
u.vltimo obsistenntiam	obsistentia
p.79.margine 2. cachetie, & atrophie	cachexię, & atrophiæ
u.26.modice	modicæ
p.81.u.27.ortis	fortis
p.90.u.25.coram	ceram
p.92.u.penult.deligatis	delegatis
p.93.u.7.tam cur	tamen cor
u.28.uirum	mirum
p.96.u.19.quæ ad	quoad
p.98.u.12.imminuit	imminet
u.23.dt	de
p.99.u.3.recta	recte
p.102.margine, spiritum	spirituum
p.108.u.25.lentas iræ	lentæ iræ
p.109. margine secunda in actionis	in actione
ibidẽ consistens expectãtur	resistẽs spectãtur
margine tertia passionis	passione
requiratur	requiruntur
p.110.u.5.cognitio	cogniti
margine tertia uatia	uaria
quinta imaginatiue	imaginatrice
p.111.frugefacere	frigefacere
p.120.margine 4.insomnia	insomnij
p.121.margine prima dietę	Dieta.